

et desert populos quoslibet Pyrrho devinebat et subiciebat, qui tandem Pyrrhi dominandi libidinem sapient et modeste redarguebat: « Quid, ait, faciemus, o Pyrrhe, capta Italia? Siciliam invademus, » ait Pyrrhus. « Quid post captam Siciliam? » inferat Cineas: « African et Carthaginem tentabimus, » ait Pyrrhus. « Quid post Africanum? » regerit Cineas: « ubi rerum potius crimus, quid sum? » Subridens Pyrrhus: « In olio, inquit, vivemus, bone vir, compotabilis quotidie, et mali nos infer nos sermonibus oblectabimur. » Tum opportune Cineas: « Et nunc, inquit, quid obstat quoniam compotamus, et olim infer nos traducamus, cum iam teneamus hoe, et circa negotium ad manum sint, que per sanguinem, per multos sudores, per discrimina peccatorum sumus, multaque calamitates allatur aliis et acceptu? Annon hoc sapiens consilium? felix fuisse Pyrrhus, si illi obsecundasset; sed libido regnandi eum transversum egit et perdidit, ut Romanis praedicta factus sit.

Porro Sephuginta explicant quis sit intelligens minister, dum addunt: « Accipit est regi minister intelligens, sua autem agilitate auferit ignoriam, » q. d. intelligens minister ideo gratus est regi, quia sua agilitate, id est sedulitatem, soleritatem, gratia, celeritatem illico expedit, quod ei a rege demandatum est. Unde auctor *Catena Graec.* legit: « Sua namque versutia et agilitate et medio tollit ignoriam. » Greci enim est *εὐεξεῖν*, id est versutia, agilitas, qua se quis in omnes partes vertit et versat, ut rem conficiat. Unde *εὐεξεῖν* est bene retortus, tortiles, volubiles, agiles, versatilis, itaque errore illico corrigit; qualis fuit Ulysses, qui se in omnes hominum formas et mores transformabat. Unde ab Homero vocatur *ταῦτα τρόποις*, id est multiformis, multimodus, multivarius; et tales debent esse legati et ministri principum.

cipum, ut pro re nata sciant se vertere in omnes formas et rationes, pro loco, personis et tempore opportunitas, quibus negotia sibi commissa transigant, et errores commissos corrigant.

Porro Auctor *Catena Graecor.* hanc mystice referit ad penitentiam, qua penitentis et resipiscens a peccato convertitur ad Deum, ejusque exempla dat SS. Petrum et Paulum: « Talis εὐεξεῖν, inquit, honestas facilis felicisque conversionis, minister erat Paulus; siquidem zelum quo flagrabat, sed non secundum scientiam, celesti Numini tactus repente permulavit in eum qui erat secundum scientiam. Talis etiam minister erat Petrus; nam Dominum ter iniciatus, toto animo rursus ad penitentiam conversus, a feda illa negationis labe non modo sese expedivit, verum etiam illustrior, Deoque quam antea erat carior evasit. »

Pro posteriori autem versus parte sive antithesi Sephuginta vertunt, *ira perdit etiam prudentes*, quasi ad verbum ex Hebreo verantur, *ira est pudificans*, id est perdens, sapientes; ne enim stulti pudeant, utpote qui proribus rebusque pudendis pleni, frontem perfricerunt ac pudore dedicierunt, imo in pudoris sensu dedoluunt.

Tropologicice, si rex querit ministros intelligentes, et odit insipientes, quanto magis Deus qui est Rex regum? Unde S. Ambrosius in *Psalm. cxvii*, octon. 6: « Plurimorum, inquit, operationum solerter ministros habet. Idem piscatores, idem etiam ventatores sunt atque messores. » Hic sunt Apostoli Apostolicorum doctores et predicatorum, qui omnem soleritatem adhuc debent in captiannis animis, quam piscautores adhuc in capiendas piscibus, venatores in capiendas avibus et feras, messores in messe colligenda, uti pulchre docet S. Basilius, homil. in illud, *Attende tibi.*

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Responsio mollis et lingua sapientis gratiae, victimae impiorum ingratiae, omnia Deo nota, cor gaudens floridum, dies pauperis mali, secura mens bona, vocari ad olera cum charitate, vir iracundus rixosus, laus patientis, iter pigrorum, domus superborum, fide et misericordia purgantur peccata, de abficiente disciplina, laus timoris Domini et humilitatis.

1. Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. 2. Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. 3. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos. 4. Lingua placabilis, lignum vitae: qua autem immoderata est, conteret spiritum. 5. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. In abundantia justitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. 6. Domus justi plurima fortitudo, et in fructibus impi conturbatio. 7. Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. 8. Victimae impio-

rum abominabiles Domino, vota justorum placabilia. 9. Abominatio est Domino via impiorum: qui sequitur justitiam, diligitor ab eo. 10. Doctrina malae deserunt viam vitae: qui increpationes edit, morietur. 11. Infernus et perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? 12. Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. 13. Cor gaudens exhilarat faciem: in merore animi dejicitur spiritus. 14. Cor sapientis gaudet doctrinam, et os stultorum pascitur imperitia. 15. Omnes dies pauperis, mali: secura viens quasi juge convivium. 16. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magui et insatiabiles. 17. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. 18. Vir iracundus provocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitas. 19. Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via justorum absque offendiculo. 20. Filius sapiens letificat patrem, et stultus homo despiciat matrem suam. 21. Stultitia gaudium stulti, et vir prudens dirigit gressus suos. 22. Dissipant cogitationes ubi non est consilium: ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur. 23. Laetatur homo in sententia oris sui; et seruo opportunus est optimus. 24. Semita vita super eruditum, ut declinet de inferno novissimo. 25. Domum superborum demolietur Dominus, et firmos faciet ternos viduae. 26. Abominatio Domini cogitationes mala, et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. 27. Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam: qui autem odit munera, vivet. Per misericordiam et fidem purgantur peccata: per timorem autem, Domini declinat omnia a malo. 28. Mens justi meditatur obedientiam: os impiorum redundat malus. 29. Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet. 30. Lux oculorum letificat animam: fama bona impinguat ossa. 31. Auris, quas audit increpationes vita, in medio sapientum commorabitur. 32. Qui abicit disciplinam, despiciat animam suam: qui autem acquisiescit increpationibus, possessor est cordis. 33. Timor Domini, disciplina sapientiae: et gloriam preceedit humilitas.

1. RESPONSO MOLLIS FRANGIT IRAM: SERMO DURUS SUSCITAT FUREM. — Hebraice, responsio tenera reverti facit (reducit, retrahit) iram: verbum doloris (id est pungens, dolere afficiens) ascende facit furorem; ira enim quasi flamma ex corde et felle, per inflammationem spirituum et sanguinis ascendet in caput et narcs, easque accedit; unde Hebreum *ηγειρεται φωνη* faciens et narcs ac iram, quae in naribus et facie emicat, ita Aben-Ezra Sephuginta, *responsio submissa revertit furorem*, sermo autem tristis suscitat iras.

Pro mollie hebraice est *תְּרַחֵל*, id est tenera; Sephuginta, submissa; Theodotion, delicata; Tigurina, mitis.

Pro sermo durus, hebraice est *verbum doloris*; Sephuginta, sermo tristis; Aquila, *αἰχμή*, id est durus; Symmachus, *θραύσις*, id est crudus; Theodore, *πνεύμα*, id est molestus; Pagninus, *dolor afficiens*; Tigurina, *asper*; Vatablus, *atrox*; Syrus, *verbū μέλι*, *avertit iram*; et *verbū asperum suscitat furorem*; Arabicus, *ira perdit sapientes*, et *responsio tene morata repellit iram*; et *verbū scindens extolit ambitiones ira*.

Sensus est, ait R. Levi, q. d. Molli responso sedat quis indignationem, qua alter in eum effervescebat; et contrario aspero sermone quis placido billem movebit, ejusque furorem contra se susciabit et accendet. Simile est in natura. Sic ut

enim vis tormenti, puta glandis plumbea, quam pulvis accensus e scoplo ejaculator, refringitur, dum molli lana excipitur: ibi enim suam vim ponit, impetuque sedat per mollellum lance; et sic fulmen re molli, ut stipula, exceptum solvit et evanescit; sin incidat in rem duram, ut in ossa, ferrum, es, acutir eaque dirfringit: sic pariter ira alterius infringitur respondens lem, dum vero exacerbatur et sevit. Insigilli sententia est, ait Janzenius, artus docens quia indomita aliqui fera cicuretur et mansuecat. Si quis, inquit, irato suavit et benigna respondet, comiter et honorifice eum compellans, et placidi utens verbis, hujusmodi molli responso frangit accusam aut commotam iram. Exemplum habemus in Abigail. Contra, sermo durus, hoc est acerbus, etiam iacentem et sopitam iram sic suscitat, ut furor fiat. Molli enim responso, inquit ire materia, e contra sermo durus auget; cujus exemplum habemus in Roboam. Ira enim nasclur ex superbia alterius, aut injury vera vel reputata. Superbia irati frangitur humiliante humilioque responso: injury pariter submissione mitique responso, qua quis se irato quasi subiect et substernit, domatur et vincitur. Tunc enim iratus et injury affectus videtur ultionem peregrinare, et honorem suum recuperasse, cum reum vel exulnum sibi subjectam et quasi supplicem aspiciat. Rur-

sum ira habet quid magnanimit et leonini; leones autem, cum vident quem supplicem, iras ponunt eisque parentur, *juxta illud:*

*Corpora magnanima satis est prostrasse leoni,
Et faciles animos mens generos capi.*

Insuper ira excedens est quasi ignis effervescent, qui existinguat iugera leni aqua, hoc est miti mollique responso; et siue vermis tener semim erodit lignum, sic et mansuetudo iram.

Convicte ergo vindicta mea victoria sit, aut culpe modesta confessio; aut, si culpa non est sibi conscientia, humili et mansuetu responso. Sic Gedon fortissimus appetitus verbis asperis a viris Ephraim indignantibus, quod ab eo non fuissent evocati ad pellit, post victos Medianos, modesta responso vicit seipsum, vicit et viros Ephraim: « Melior est, inquit, raeus Ephraim vindex Abizer. In manus vestras tradidit Dominus principes Median, Oreb et Zeb. Quid tale facere potui, quale vos fecistis? » Unde effectum subdens Scriptura subiungit: « Quod cum locutus esset, regnique seruos eorum, quo tumebant contra eum, *vicit.* »

Præclare S. Gregorius Nazianzenus in carm. *Adversus iram,* eam vocat demonem; sic enim orditur:

Irasco ira, dæmon intus condito.

Ac vere sine fine ira remedia suggestit: *primum,* orationem; *secundum,* signum crucis; *tertium,* humilitatem; *quartum,* presentia nihil dicere; *quintum:* Probrum, inquit, quod iratus in te conjecit, vel verum est, vel falsum: si verum, agnoscere; si falsum, nihil aestima. Objectiones deinde diluens subdit:

At taliis hic me? tu caue hunc iudas item.
At reprimetur? forsan hinc crescer furo.
At corpit illi? protinus verbis tuis.
Frangatur, atque moribus blandissimis,
Solutus instar dictuum ad terram illico;
Aut in procilla, cum nihil reunitur,

q. d. Si eut mias insani fluctus ad littoris arenas impacti dissolvuntur, et sorbentur, aut restitunt: sic irati furor et mias in mitem animum linguanque incurrens, ejus mollitie sorbetur, dissolvitur, infringitur. Et inferius:

An nos furentes patetis hos, qui dæmons
Agitant, ac vi percuti horrendum latrat?
Quid? menti capitos non feret? vel elbos?
Quid? rabius ad te forte si curat canis?
Quid? si camelus quispiam feror tonet,
Stabane pugnat? hecne qui spis, fugit?

Et post nonnulla:

— Ira torridum jocu petas:
Adversus iram nam joco nil fortis.
Quid rebis cuncta existat mitius? Deus.
Quis feret ira? caroix mortuorum.
O ira, feror, dæmons domus horridi,
Manifesta volus macula, turbo mentum,
Crapula, et asila, tartari ad lacus ferens,
Horrende legio, multiplex labes mali.

Simile pulchritum dat S. Chrysostomus, hom. 3 De Davide et Saul: « Scit, ait, si inflas in scintillam ignis, excitas incendium; si inspicias, extinguis: idem fit in inimicis proximi; si inflatos ac verordes ingeras sermones, excitas ignem sin mitis ac moderatos, iram omnino extinxeris; » ut iisdem extinxit iram Heli pontificis Anna mater Samuels, I Reg. I, 17; et David iram Saulis, I Reg. XXIV, 9.

Illustrum exemplum est apud Sophronium, val potius Joannem Moschum, in *Proto spirit.* cap. penult., de Abate Sergio, qui agricolam injuriantem et furentem humili lenitatem responso, quo probra in se conjecta agnoscebat, corumque se suppetebatur, non tantum pacavit, sed et sibi succupit, imo monachum effect. Idem fecisse Abbatem Pemensem cum Diacono suo a dæmonia percito, narrat cap. ultim.

Porro iram hoc modo vincere, ejusque dama præsidere, ingentis est tam virtus quam glorie Nam, ut ait Bela in *Proverbis:* Gloriosus est iuriam tacendo tolerare, quam respondendo vincere. Melius est bene vincere, quam male vincere. Hic enim, dum tacet, respondet, ac suo quiete leniente silentio docet mansuetitudinem, ideoque dum vincitur, vincit, atque iratum quieti restituit, eumque sibi devincti et subiungit.

Mystice hanc gnomen adaptes Deo, g. 3. R sponsio mollis, id est confessio humili redigenti redditia frangit iram Dei, ut patet in Davide, qui Nathan prophete redarguitur respondens: « Peccavi Domino, » mox audire meruit. « Dominus quoque transluit peccatum tuum, » I Reg. XII, 13. Contra sermo durus eorum, qui arguenti resistunt, maiorem iram districti judicis provocat, ut patet in Saul, qui summi se corripiunt dixerit respondens: « Imo audivi vocem Domini, » etc., audivit se objectum a regno Israel, I Reg. IV, 20. Ita Beda: « Responsio mollis frangit iram, » g. d. inquit: « Qui verba incipientis humiliter recipit, iam propinquat venie reatus quem gessit; at qui securi arguenti resultat, maiorem contra se iram districti judicis provocat. » Unde Galatinus, lib. VIII De Arcana fidei, cap. XII, ut cursum durum suscitauit furenum applicat Iudeis, qui Christum accusantes apud Pilatum dure que conlamentans: « Crucifige, crucifige, » provocarunt in se furenum Dei, qui proinde per Titum et Vespasianum Hierosolymam, cum tota Judeæru gente, funditus vastavit.

2. LINGUA SAPIENTIÆ ORNAT SCIENTIAM: OS FATUORUM EBULLIT STULTITIAM. — Pro ornat hebreus est יְהוָה תֵּלֶב, id est, bonum pulchramque fast, id est ornat; Pagninus, *condecorat;* Septuaginta vero, *bona novit;* Tigurina, *bene uitum scientiam;* R. Levi, *bonum facit audiendum mentem.* Pro ebullit hebreus est יְהוָה תַּבְלִיב, id est, ut Chaldeus, eructat; Aquila et Symmachus, ξενάριον, id est effundit; Septuaginta, ἀπτέρωτον, id est pronuntiat, enuntiat; Cyrus, ενομίζει; aliis, scaturit, re-

dendat, manat quasi fons. Igitur primo, lingua sapientum ornat scientiam, quia ipsa ostendit se sapientia preditam, et per eam se sapientis nomen et deus possidere. Unde Septuaginta vertunt, *lingua sapientum bona novit;* vel, ut vertit auctor Catenæ Græcor., *lingua sapientum calat honestat;* os autem ornantem amavit mala.

Secundo et prope, quia lingua sapientis apta, ordinata et sapienter suo tempore et loco sapientiam eloquitor; hoc enim magnum est sapientia deus, dum isto discretiis et prudentiis ornamento decoratur; ut vero os fatuorum sine distinctione loci et temporis, non considerans an hic et nunc opportunum sit locu talia, vel importunum, instar fontis aqua pleni eructat et ebullit su stultiloqua. Unde Cyrus verit, *enomis male dictiōnem;* Tigurina, *lingua sapientum apta et comoda uitit scientia;* os vero stultorum ebullit stultitiam; Aben-Ezra: « Lingua sapientum opportune uitit scientia; os vero stultorum est quasi torrens scaturiens et redundans, quasi dicas: Stultitia ab illorum ore nunquam cessat, sed perenniter ab eo fluit. »

Tertio, quia, ut Vatablus verit, *sermo sapientum est plenus scientie, et traditione;* nam, ut at Christus, Matth. XI, 34: « Ex abundancia cordis os loquitur. »

Quarto, quia, ut R. Levi, *sermo sapientum bonum reclamante facit audiendum mentem;* sermones vero stultorum in causa sunt dum dementia judicatur, ac videatur eminare a scaturiente cordum eorum, ut scilicet stultitiam suam promant, eaque alios aspergant, itaque os sibi similes, id est stultos, vitiosos et impios efficiant.

Quinto, lingua sapientis ornat, id est commendat et honorat scientiam, scilicet practicam, id est honestatem et virtutem; *ornare enim Latinus sape idem est quod laudare;* unde Cicero, De Aruspis, *responsum:* « Testimonis, ait, clarius veritatem Imperatorum ornatissimus Dejotarus. »

Sexto, lingua sapientis est condita gratia, fæcunda et eloquentia; hoc autem ornat scientiam, q. d. Eloquentia sapientis ornat ejus sapientiam. Sic videm nonnullos sapientes pollere mira grata dicendi vel scribendi, ut etiam idem dicant quod alii, tamen illorum dicta vel scripta longe magis sapient, placeant et influant in auditorum mentes, quam aliorum doctorum, qui haec gratia earerit. Igitur lingua sapientis ornat, Hebreæ, Yonam, id est ornatam, gratam, jucundam effect scientiam, q. d. Sapientis est ornata, eleganter, concinnæ loqui, et parem animi sensu et scientie sermonem affere: e contrario « os fatuorum ebullit stultitiam, » id est stultorum uti sensus depravatus est, sic et sermo quoque inornatus et indecorus. Quocirca Tullius, lib. III De Oratore: « Eloquentia, ait, nihil aliud est quam copiose lingua sapientia. » Et inferius: « Hanc cogitandi ratione, et ratione, vimque dicendi yet-

res Graeci sapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solenes; atque ab hac similitudine Corinccani nostri, Fabricii, Catones, Scipiones fuerunt, etc. Absurdum præterea existimat, inutile et reprehendendum dissidium lingua atque cordis, ut alii nos sapere. illi dicere docerent. Quippe cum ipsum benediceret, supersit; nulla vero sapientia perfecta, qua oratione illustri insignique verborum luce destinatur. Atque, ut alibi testatus est: « Eloqui copioso, modo prudenter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare. » Tandemque inutiliter « sapientie thesaurum absconditum, » et qui video atque lucere in oculis mortalium non possit, neque copiosa oratione, aut luculentis inscriptiones exornari, hic verbis describera visus est, I Tusc. 10. Quasi. paulo ab initio: « Mandare quicunque litteris cogitationes suas, qui eas neque disponere, neque illustrare possit, nec delegacione aliqua alliceret lectorum, hominis est intemperanter otio abutentis et litteris. » Porro haec eloquentia gratia varia est et multiplex, quam proinde in variis Dei varie partitum. Unde Cicer. lib. III De Orat., ejus principes nominant, ostendit pariter in qua ejus doce quisque excelluerit: nimis suavitatis fuit Socratis, subtilitas Lysis, acumen Hyperidis, sonitus Aeschini, vis Demosthenis, gravitas Africani, lenitas Lelli, asperitas Gabrie, proficiens canora Carbonis, jucunditas Callisti, varietas ac temperatio Cesari, limata Subtili subtilitas, animi impetus et summa contentio Coite, vehementia, commotio, acrimonia Antonii: constans denique fuit semperque sui similis Ciceronis dictio, in eaque diligens verborum et sententiarum eligendarum cura.

Multo magis lingua et eloquentia varia Doctorum Ecclesiam tam Grecorum, quam Latinorum ornat sapientiam Christianorum. Nam, ut solerter advertit noster Hieronymus Platus, lib. III De Bonis status Religios. exp. XI, S. Basili stylus doctrinam redolat, ac praecipit sanctitatis mirificas abundat. Profundior ubique Nazianzenus, atque in altissima mysteria sece ultra inferens cum magno verborum ac rerum pondera. Athanasius senior, sed tamen plenus, ac sermone temperato sibi semper similis, multaque cum autoritate docens. Epiphanius contra hereses acer. Theodoreus in Scriptura interpretanda diligens et plenus. Damascenus doctissimus, atque in difficultate fidelis dogmatibus enodandis aplissimus. Chrysostomus vero, ut suo nomine prie se fert, disertus ac popularis, et in audiendum animos influens, atque eleganti verborum copia quasi plene eloquentia fluisse in eumm partem impellens. Inter Latinos Cypriani oratio pura et copiosa, nihil tamen redundans, plena dignitatis et pondoris; denique, ut de ipso testatur S. Hieronymus, instar fontis purissimi dulcis et placide meedens, ut merito Augustinus quoque eum doctorem suissimum appelle. Ambrosius autem suum ipse

quorum habet dicendi genus sententiarum ubertate refutum, verbis fluentis lectissimis, ac praeterea numeris suis apertissime astrictum, ut plane vel Theologum oratorem, vel oratorem theologicum dicentes audire videaris: de cuius dulcedine quid maius dici potest, quam quod ab ipso Beo grandi prodigo prae significata sit iam tum, ut accipimus, cum infantis in ore apum examen consedit? Hieronymi quoque sermo doctus et antiquitatis exemplis abundans multoque acuminis, cende, quod caput est, ad omnia exprimenda apprime actus, sive Scriptura ad verbum interpretanda, sive precepta omni vita prescribenda, sive quidam laudandum aut vituperandum sit, sive denique aliquis ad virtutem cohortandus, in quibus omnibus ita valeat, ut plane illa celestis eloquentia videatur. Augustinus autem uberrimus, copiosissimus, leonissimus, idem ad arduas quavis questiones, idem ad populares conciones apertissimus, in quibus multa euna gratia et memorem instruit, et movebat voluntatem. Leon vero quis gravior, numerosior, atque, ut sic loquar, rotundior? coquus oratio majestate plena, et quibusdam quasi verborum fulminibus instruta? Gregorius totus ubique moralis, quo in genere mirifice excellit, idemque suavissima quadam exemplorum ac similitudinum copia lectorum retinens, eumque tam ad virtutem doctrinae crudens, tum etiam stili lenitatem ac varietatem demulcens. Quid de Bernardo dicamus, quem vere appellare possumus plane mellitum, qui spirituibus documentis scatenis, hisque optimis perfectissimis, id etiam praecepimus habet, ut ipsa Scripturas sacras in suum stylum immisceat et contextat, ut vel ipse Scripturae verbis loqui, vel Scriptura ipsius ore sonare videatur? que res una cum lepore gravitatum quoque ac vim habet mirabilem.

Denique lingua sapientum, id est piorum ornamentorum, id est virtutem et probitatem, quia scilicet corum lingua vita proba comes est, ac proinde ex ea ornat, et vicissim ab ea ornatur; quod enim dicunt ore, hoc docent opere; opus ergo ori, et facta verbis ornatum conciliat. Audi Nazianzenum, orat. De Plaga grandinis: « Ille quidem sapiens est vere, qui pauca quidem de virtute verba facit, exterum per ea quae agit, multa demonstrat, ac fidem et auctoritatem sermoni suo per vitam conciliat. Venustior enim meo iudicio est pulchritudo ea que oculis cernitur, quam quae sermone solum pingitur; et divitiae quas manus tenent, quam quae somnia effinguntur; et sapientia que per opera demonstratur, quam quae sermone nuntiet et splendescit. » Et D. Augustinus, lib. IV De Doctrina Christiana: « Talis doctor qui non contemptibiliter vivit, non solum submissae ac temperate, verum etiam ornata et grandior dicit. » Itaque ex vita in orationem ornatus, magnitudo et majestas redundat. Subdit vero: « Si autem hoc quidem potest, ita conversetur, ut non solum

primum comparet, sed etiam prebeat alii exemplum, et sit ejus quasi copia dicendi forma vendi: quid pulchrius? »

Nota: *v. ebullit*, vel ut Chaldeus, *eructi*, scilicet enim os velut cacabus ebullit, et velut stomachus plenus stultitia eam eructat. Nam, ut ait S. Basilius in Psal. XLIV, sub initium ad illa, *Eructavit cor meum verbum bonum*: « Ructus est oecutus quidam flatus, qui ex fervore alimenti erumpitibus bullis exhalat. » Et ut S. Hieronymus: « Est digestio cibi, et concoctum escum in ventum efflatio. » Additio: « Juxta qualitatem corporum et stomacho ructus erumpit, et boni vel mali odoris flatus indicium est: ita interioris hominis cogitationes verba proferunt, et ex abundantia cordis os loquitur. » Hinc verba ipsa experimentum hominum proba possunt, dicente Apostolo II Cor. XIII, 3: « An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus? » juxta id quod scriptum est, Prov. XY, 2: « Os stultorum ebullit (eructabatur et scaturit tantquam ex fonte) stultum. » Nam prodit quod intus latet. « Effigies animi, inquit Seneca, sermo est. » Haec Pineda de Retibus Solomon. lib. V, cap. IV, et lib. III, cap. XII.

Tales sunt heretici, ceterique infideles, et impii: Ut Porphyrius et Julianus, qui contra Ecclesiæ doctores stultitiae sua fluentia fundebant, et ali Beda.

3. IN OMNI LOCO OCULI DOMINI CONTEMPLANTUR BONOS ET MALOS. — Pro contemplantur hebrei est *לְפָנֵי tsophot*, id est, ut Septuaginta, *οπίστες*, id est *speculatori*: inde enim *לְפָנֵי tsophit* vocatur specula, et *οπίστες* speculator; qualis est Deus, qui ex alta celi, immo eternitatem sua specula speculator omnia que sunt in celo, terra et abyso; omnia praeterita, praesentia et futura; omnia tam patet, quam secreta et cordis arcana; quem proinde ubique oculus mentis et memoria vicissim speculator, revereri et colere debemus, iuxta illud quod canit Ecclesia in hymno ad Laudes, *foria V*, ex Prudentio:

Nec lingua mendax, nec manus,
Oculi nec peccant lobivit,
Nec noxa corpus inquiet:
Speculator astutus desuper,
Qui nos diibus omnibus,
Actusque nostros prospicit
A luce prima in vesperum.

Porro finem et fructum hujus speculationis oculorum Dei assignat Psaltes, dicens, *Psalm. XXXIII, 16*: « Oculi Domini super justos, et aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini supra facientes malum, ut perdat de terra memoriam eorum. »

Idem fuit sensus omnium veterum, etiam Poetarum et Philosophorum. Unde Victorinus, lib. IV *Adversus Arium* (exstat tomo V *Biblioth. SS. Patrum*), docet Deum olim non tantum creditum mundi oculum, sed etiam in mundi vertice constitutum, ut aspectu minime versari omnia fo-

fueretur. Deus ergo bonus speculator oculis placidis et benevolis, malos oculis iratis et malevolis; bonus, ut salvet et beet; malos, ut perdat et dannet; utrosque, ut judicet singulorum cogitata, dicta, facta. Vide dicta cap. III, vers. 6; Eccl. cap. XXII, 28.

Mystice, oculi Dei sunt providentia, favor, gratia, et vicissim ira, indignatio, vindicta; horum enim indices, ideoque symbola sunt oculi.

Porro in Hebreo, ut liquet ex accentu *ethnach*, hec sententia, aequa ac certa, est bimembris, sicque sonat, *in omni loco oculi Domini sunt speculantes bonos et malos*. Prior hemistichium dat rationem et quasi causam posterioris, q. d. Ideo oculi Domini ubiqui speculator bonos et malos, quia ubique et in omni loco sunt per esentiam, presentiam et potentiam. Oculi enim hic non corporis intelligentur, sed mentis, puta ipsa mens et intuitus Dei, quae non est aliud quam ipsa deitas. « Deus enim totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animus, totus animi, totus sui, » ait Plinius, lib. II, cap. VIII.

Hunc versum jure sibi attribuit S. Franciscus; cum enim a F. Masseo ad explorandam ejus humilitatem rogaretur: « Unde fit quod totus mundus abeat post te, cum tu non sis nobilis, non dives, non doctus, » etc.? Respondit S. Franciscus: « Vis scire unde mihi quod totus mundus abeat post me? hoc mihi est ab illo oculis altissimi Dei sanctissimis, qui in omni loco contemplantur bonos et malos. Hi enim oculi non vident inter malos maiorem peccatorem, aut viliorum vel ineptiorum quam me. Et quia ad efficientem hoc mirabile opus quod intendit facere in terra, creaturam minus idoneam non vidit, Propterea me elegit; quia statim mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, et ignobilia et contemptibilia et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia (nobiles et magnates et fortis), ut sublimitas virtutis sit ex Deo, et non ex creatura, ut non glorietur omnis caro in conspicuus ejus; sed qui gloriantur, in domino gloriatur. »

Denique, versus hunc S. Thomas in festo S. Michaelis pro themate concionis proponit, eumque explicat variis intuitus Dei causas, modos, effectus et fructus recensendo.

Tropologicus, si oculi Dei in omni loco contemplant nos, par est ut nos vicissim in omni loco sumus contemplant, nunc orando, nunc psalmando, nunc laudando ac dicendo cum Psalte, *Psalm. C*: « In omni loco dominations ejus benedice, anima mea, Dominus; » nunc invocando et dona poscendo: quis enim pauper, cum a divite benignitate recipitur, oculos ad illum non effaret, ut subsidiun sum paupertatis accipiat? Si semper a Domino oculis misericordie aspicieris, tu, qui pauper et mendicus es, fac ut assidua mentis elevatione in ipsum accipias semper ea quibus a misericordiis eripiaris.

4. LINGUA PLACABILIS, LIGNUM VITE: QUE AUTEM

IMMODERATA EST, CONTERET SPiritum. — « Placabilis, » id est placens, placida, leniens iram aut dolorum, ut Hebreum *סִבְרָה marpe* deriveretur a *רַגְלָה rapha* per *תְּ*, id est lenire; littera enim & et sepe apud Hebreos inter se commutantur. Alioquin si in *marpe* retineamus ultimum נ, verendum est, *santitas vel medicina lingue*, id est sanans et medicans lingua, puta iram aut dolorum, est lignum vite, id est sunvis, grata et accepta instar ligni vitalis paradisi. Unde ex Hebreo sic ad verbum *veritas*, *medicina lingue lignum vite* est; *perversitas* (id est perverse lingua, qualis est immoderata et temeraria) *ex ea, confracti spiritus*. Mirum est Septuaginta pro *perversitas* et *confractio* vertere contrarie, *santitas lingua*, inquit, *arbor vitae*; qui autem conservat *arborum*, *impiebitur spiritu*; et Syrus, *santitas lingue lignum vite*; et qui *fructibus ejus vesicatur* ab ea; et Chaldeus, *medicina lingue arbor vitae*; et qui *comedit ex ea, de fructibus ejus satiates*bitur; R. Salomon vero posteriorum partem sic verit, *cum quis nefarie lingua utiliter, ex profugio in vento, hoc est, pernicitem accersit gravissimum, quo vento Orientali comparatur; hic enim constitutus est ad pavendos scleratos, juxta illud Jerem. XVII, 17: « Sic ventus urens (Hebreo, orientalis) dispersgam vos; » *Psalm. XLVI, 8*: « in spiritu vehementi (Hebreo, orientali) conteres naves Tharsis. » Simile est Exodi XIV, 21. Et R. Levi: « Quies lingue, ait, est lignum vite, hoc est, cum quis sermonibus parci, silent et quiescit, sibi vitam pariet: cum enim quis ad dampnum ei inferendum insurgit, huius sermonibus delinietur; qui autem in lingua sua pravitatem vastitatemque collocat, sibimet gravissima inopinataque discrimina gignet, sicut arbor quae venti vehementes confringitur; iram enim adversarii irritabit. » Verum melius Noster, Septuaginta, Chaldeus, Syrus et alii per *תְּ* *rach* accipiunt spiritum, non ventum. Unde Noster verit, *conteret spiritum*; Septuaginta vero, *satiabitur spiritu*, quia Hebreum *בְּ* *shebet* et contritionem et escam quae satiamur significat.*

Igitur « lingua placabilis, » primo, est lingua placida, ac lingue *santitas* est lingua in se sana: quae scilicet nullis ira, invidie, impatiencia morbi laborat; haec proinde instar fructus arboris vite, primo, ipsummet hominem cuius est, in iugi pace, serenitate, letitia conservat. Secundo, vitam ejus, tum corporis, tum anime conservat et prorogat; mors enim animae, et sepe corpori, irrigatur per detractiones, calumnias, litigias, aliaque lingue intemperantis crimina, a quibus eavit lingua mitis et placida. Tertio, omnes animae potencias, motus, sensus, affectus, totumque hominem temporaliter et componit, sublatis ira et concepcionis cum ratione dissidit; qua in re sanitatis animae, et consequenter corporis, constat. Vide que de ligno vite dixi cap. III, 18, et cap. XI, 30, et Genes. II, 9.

Secundo, « lingua placibilis » et sanans est lingua misericordia et placida, que sua lenitatem et gratia dolores et afflictiones animi in aliis curat et sanat, sicut lignum vite exaudiat omnes corporis alteraciones : nimurum iratos sedat, dissidentes conciliat, invidos amicit, superbos facit humiles, pusillanimos erigit, etc. Quis autem « immode-
rata », hebreo parvula est, puta immutis, ira-
cunda, above utique infecta et depravata, « con-
tra spiritum », quia menti alterius infigit aculeos
ira, doloris, vindictae, pusillanimitatis, mororis,
angoris, aut imprudentiae et stoliditatis, quibus
animi spiritusque pax, sanitas, vigor et robur
franguntur et contulerint. Magna hec lingue est
dos et gratia, quam S. Bernardus in Pratali re-
quirit, serm. 25 in Cant. Explicans enim illud,
*Nigra sum, sed formosa, filia Jeruzalem, sit haec
verba esse propria, que, ut sensu stimulis in-
vidio contra se agitas leniret, eas amice vocal-
fias Jerusalem.* Additio : « Omnibus quidem
optima est ista perfectio ; propria autem optimorum forma est Prelatorum. Sciumt quippe
boni fidelesque Propositi languentem sibi cre-
ditam animarum curant, non pompan. Cumque
internum murmur cuique ipsius illorum querela
voce indicio deprehendatur, tesi in ipsis usque
in convicia et contumelias prouenientis, medicos
se et non dominos agnoscentes, parant confessum
adversus phrenesim animae non vindictam, sed
medicinam. Hae igitur ratio eis sponsa filias Je-
rusalem dicat eas ipsas, quas malevolas sustinet
atque maledicas, videlect ut in blando sermone
delinquit murmurantes, commoneantur sedet, sancte
livorem. Scriptum est enim : Lingua pacifica com-
pedit lites. » Sie enim legit, immo explicat S. Ber-
nardus quod nos legimus : « Lingua placibilis li-
gnum vita. »

Huc facit discrimen iracundi et patietis, quod
dat B. Antiochus in *Pandectis* : Ramus, inquit, cum
viret ac lentes est, difficile frangitur, quia cedit
manu ; qui autem arduus est, facile confingitur,
quia non cedit. Sic item mitis sans vir difficile
confunditur, quia cedit et leniter flexitur; at iracundus,
flecti nescit, uno tantummodo virbo frangitur. »

Porro Septuaginta vertunt, sana *lingua est arbor
vite*, quosque enim *custodit, impletur spiritu*, scilicet lenitatis, pacis, charitatis, sicut funes ca-
lefactus, si clausus custodiatur, impletur spiritu
caloris. Auctor vero *Catechesis Graecorum* sic Septu-
ginta explicat : Est, inquit, duplex lingua sancta : una quia sana, altera quia sanitas. Ea lin-
gua merito vocatur sana, quia verbo non peccat ;
morbus enim lingue est peccatum per illum ad-
missum. Impletur autem spiritu, qui lingua non
peccat, non quovis, sed saneto. Exhortatur infra
quoque Sapientia ad cautam lingue custodiari.
Ait enim : « Favus mellis sunt boni sermones ;
duodecim autem illius sanctas est anima. » Doctrina
de rebus utilibus et salutaribus germinat scientiam ;
huc autem est lignum vite.

Denique S. Chrysostomus in Psal. civ, 3, ad
illa : « Pone, Domine, custodiam ori meo, » docet
Adiunum et Eam pulso paradiso, quia lingua
non custodierunt, sed cum serpente colloquia
miscentur : ita enim persuasi pomum vetitum
comederent : quare custodiam lingue esse necessaria,
ut felicitatem paradisi, quam loquendo
perdidit Adam, quod licet recuperemus, ille
per Cherubim gladio igne custodientem para-
disum, mystice accipit custodiam lingue ex co-
gitatione et terrore iudicis divini. « Queenam autem,
inquit, fuerit hec custodia, nisi ratio et co-
gitatio, que urget terribiliter habens pro mani-
bus ignem eos usturam, qui ore suo temere usi-
fuerint ? »

3. STYLUS IRREDIT DISCIPLINAM PATRIS SUE :
AUTEM CUSTODIT INCREPATIONES, ASTUTIOR FIET. —
Syrus, *prudens autem custodit increpationes patris* ;
Chalcides, et qui sibi ovet ab ejus incruptione,
cattulus est. Pro irredit hebreus est *YHWH innotans*,
id est aspernatur ; Chalcides, *reprobatur* ; Septua-
ginta, *subsumat*. Sententia clara est, q. d. Stultus
est id insipient et impius suu judicio sus-
que concupiscentis adductus, cum de his corrumpit
a patre, correctionem aspernatur : quia in re
stultitiam suam ostendit, quia cum correctio haec
proficiuntur ex amore paternu, quo pater summe
cupit bonum filii, ut scilicet eum doceat sapientiam
et virtutem, ipse stupe et bonum hocce
sum et amorem paternum spernit, ultroque in
vitia, quia cum in ruinam et gehennam ducent,
ruit, in dies enim fit stylus, et in stultitia, id est
vitii et iniquitate, obstinatione.

At vero qui *custodit increpationes, astutus* ; Septuaginta,
astutior, id est prudenter et sapientior
fuit, quia proficit in omni honestate et virtute
que ei decus et felicitatem presentem et aeternam
concedit. Hebreus est *YHWH iarim*, id est ast-
tulus, calidus flet instar serpenti ; serpens enim
oculos catulorum debiles et palpitantes solet
accuire succo feniicu ; atque inde tam acer visus
in serpente, ut tradit Albertus Magnus, quin et
Plinius, lib. XI, cap. xxiii : « Feniculum, aut, no-
bilissimum serpentes guttae semelatae exundendo,
oculorumque aciem succo ejus reficiendo. » Idem
vero, lib. VIII, cap. xxvii : Anguis, ait, hyberna
læbra visu obscurato marathio herbe sese afric-
ans, oculos inungit ac refovet ; si vero squama
obtorpere, spinis juniperi se scabit. » Simili
modo parentes correptione sua account prauitionem
et virtutem filiorum. Hoc sententia septuaginta
incaeculatur a Salomone, quia principium est et
causa omnis boni filiorum, ut cap. iii, 1, cap. iv,
1, cap. vii, 1, et nominatim cap. xi, 1, cap. xii, 1.
Vide ibi dicta.

IN ABUNDANTI JUSTITIA VIRTUS MATERNA EST : COG-
TATIONES AUTEM IMPIORUM ERADICABUNTUR. — Haec ver-
sus non est in Hebreo, sed in Septuaginta et quibus
eum Noster transcripsit. Pro virtus graeca est *irx*,
id est *robur, fortitudo*, q. d. Justus, dum quotidie

Aben-Ezra, et alii passim verunt, *domus* (vel *do-
mum*, aut *in domo*) *justi thesaurus multis*, id est
magnus, q. d. In domo justi multe congregantur
conservant opes, eaque maneat et durant,
quia sunt *chosz*, id est conditi et protecti a sapien-
tia iustitiae, et a Deo : at fruges et pruentus
impiorum confundantur, id est disturbantur et dissipantur
vel grandine et prociliis, vel a predonibus
et militibus eas diripiuntur, vel a ipsis
domesticis, qui in domo impiorum sofernt pariter es-
sinqui et rapaces, ut quisque sibi rapiat quod p-
test ; itaque pruentus domus et heri dissipantur
et percutunt. Cum ex adverso pruentus opesque
justi Deus tutetur a prociliis, a predonibus, ab
omni adversitate ; ac domestici justi pariter sint
fides et justi, qui proinde in bonum et opes domus
et heri collaborant et conspirant. Rursum
justus conservat opes, riteque expendit in suis
ut in elemosynas, ob quas Deus vice summum ei
majores pruentus attribuit. At impiorum bona sua
in symposia, ludos, aleas, merecrices effundit et
dilapidat : quo enim major ei pruentus et an-
nona obvenit, eo liberum peccat, et in luxum dif-
fluit. Unde Baynus : Proverbium hoc docet, in-
quit, opes justi fore materiam virtutis, impiorum
vero vitiorum fontem. Aben-Ezra vero : Justi do-
mus, inquit, est instar munitionis, id est, apote-
stis justi annona plene sunt, q. d. In domo justi
amplo horrea frugibus referita sunt.

Denique, nonnulli *justitiam* hic accipiunt par-
ticularem, quae est virtus jus suum cuique redi-
dens, sicut explicat, q. d. *Justitia est maxima
virtutum moralium*, ut docet Aristoteles, lib. V
Ethic, cap. i, et S. Thomas, II, *Quest. LXVI*, art. 4,
qui et causat dat, quod justitia sit propinquior
rationi, quodque ejus subiectum sit voluntas,
objectum vero sint operationes, quibus homo
recte et juste ordinatur ad alterum ; cum forti-
tudo sit in appetitu irascibili, temperantia in con-
cupiscibili, ejusque objectum sint cibus, potus
et res venerabiles. Verum pro virtus greca non est
irx, id est robur, fortitudo, ut dixi.

**6. DOMUS JUSTI PLURIMA FORTITUDO : ET IN FRUC-
TIBUS (Hebreus, *proventibus*) IMPPI CONTURBATUR.** —
Septuaginta, *domus justorum fortitudo multi-
ta; fructus autem impiorum peribunt*. Pro forti-
tudo hebreus est *YHWH chosz*, id est robur, forti-
tudo, item opes et thesauri reconditus et pro-
tectus.

Primo ergo R. Levi sic explicat : *Domus justi*
munta est et firma dupli ratione, tum proprio
robore, tum peculiari Dei providentia, qua justum
completebitur. Verum, cum illam impius subi-
bit, eadem confundatur, et excidium non eva-
det, aufereturque ab illa tum munimentum, tum
meritum. Accedit R. Salomon : *Domus justi*, in-
quit, est templum a Davide, vel postea a Salo-
mone edificatum, quod Israhelitum tuissimum fuit
monumentum et turris fortitudinis. Sed cum in
illud Manasses idolum induxit, tum confar-
atum, profanatum et dissipatum fuit.

Secundo, Baynus, q. d. Non opes, sed justitia dat
vires ad tolerandas adversitates : quibus proinde
domus justi resistit, non impiorum.

Tertio et genuine, « fortitudo » hic non tam ro-
bur, quam opes et thesaurum significat : hic enim
directe opponitur *fructus*, hebreo *proventibus*,
impiorum ; et hunc significat Hebreum *YHWH chosz*,
qua fortitudo divitiae sunt eorum divitiae, juxta
illud cap. x, 13 : « Substantia divitiae, urbs forti-
tudinis ejus. »

Unde Pagninus, Vatablus, Cajetanus, Marinus,

Allegorie, Auctor *Catena Graecor.* : « Per domos
justorum, inquit, accepit Ecclesiastis, in quibus Dei
fortitudo per Spiritus Sancti presentem existit,
per fructum autem impiorum prava illorum ope-
ra, propter quae certo interituri sunt. » Et Beda :
« Domus justi, ait, est Ecclesia Christi, que plu-

rimacca habet fortitudinem, ita ut pluvia, ventis dum inibusque tentationum frequentium nequam possit diripi; et in operibus diaboli conturbatio feret assidua, que eamdem Christi domum vel per falsos fratres, vel per apertos adversarios dejeice tentat.

7. LABIA SAPIENTIUM DISSEMINABUNT (Hebr. *spar-*
gunt; *Tigurina*, *serunt*; *Syrmachus*, *custodiant*)
SCIENTIAM : COR STULTORUM DISSIMILE ERIT. — Hebreo,
cor stultorum non sic (1); Syrus et Pagninus,
non est rectum; *Tigurina*, non est solidum;
R. Salomon, non est verum; Chaldeus, *labia sapien-*
tum notam faciunt (Syrus, *loquuntur* scientiam,
et stultorum non ita; Septuaginta, *labia sapien-*
tum alligata sunt sensu; corda autem imprudentum non
secura; vel, ut auctor *Catena Gavoror*, *sapientum*
labia iudicio et sensu alligantur; *stultorum autem*
corda sunt lubrica et instabilita. Pro dissimile enim
hebreo est ἡτε, quod est adverbium significans iste, ita; idem est nomen significans *rectum*,
verum; item *firmum*, *solidum*.

Pro dissimilabunt hebreo est ἡτε *izaru*, quod
primo significat, ventilatione spargent, semina-
bunt, ut verit Noster, Vatablus, Pagninus et car-
teri; secundo, constringent, cingent, complecten-
t, alligabunt sibi scientiam, ut vertut Septua-
ginta: verbum enim ἡτε *zara* est conterarie signifi-
cationis (qualia plura habent Hebrei), ut non
solum spargere, sed et constringere, sive ea que
sparsa et soluta erant, complicare et accingere si-
gnificat; ut tam litteris (hacten transpositis) quam
significatione alludat ad ἡτε *azar*, id est cinxit,
accinxit. Unde R. Salomon verit, *sapientes scien-*
tia coronabantur; ἡτε enim coronam significat.
Utrumque significatum hunc loco congruit, et co-
dem redit.

Sensus ergo planus est, q. d. Sapientes ita sa-
pientiam et virtutem (hinc enim est scientia Sanctorum)
cordi suo, et viceversa cor sapientie alli-
gant, ut ea plene cor imbuant et impluant, quo
est ut cor mentemque habeant fixam et stabilem,
atque sapientia pleni, cuncte deinde ercent,
et in alios dissimilant; at vero cor stultorum
dissimile est: nam alligatum est non sapientie;
sed stultitiae; que fit ut mentem habeant instabi-
lem, vagam, lubricam, qua ab una concep-
tentia in aliam voluntate et dilabuntur, utque
stultitiam, qua pleni sunt, ercent et in alios dis-
similant. Unde S. Gregorius, III part. *Pastor*,
admonit, 19: « De istis, inquit, scributur: Cor
stultorum dissimile erit. Cor quippe sapientum
sibi metis semper est simile, quia dum veris
persuasionibus accueiles, constanter se in bono
opere dirigit; cor vero stultorum dissimile est,
quia dum mutabilitate se varium exhibet, num-
quam idem quod fuerat manet. » Quare, ut ait
Sixtus philosophus, sapiens semper similis est

(1) Mauor, sed cor stultorum spargit non rectum, vana,
stulta. Haud male.

sibi, insipiens semper dissimilis. Id videre est in
hereticis, qui semper alia et alia, immo prioribus
contraria docent. Videatur Lutherus septiceps
apud Coeloleum.

Igitur hebreus *izaru* significat sapientes in
donda sapientia, id est virtute, id facere debere,
quod faciunt agricultores in seminando semine, iuxta
parabolam seminantis propositali a Christo, *Math.* xii, 3: *nimirum prima* quod sicut agricul-
tore *izaru*, id est venit semen seminandum,
ut illud sit purum et a paleis secretum, sic pariter
sapientia scientiam et sapientiam quam docet,
eventile purgetque ab omni errore, ex quo a me-
tente a cupiditate. Secundo, quod sicut agricultores
izaru, id est sibi alligant, et astringunt saceum
seminis seminandi, sic pariter sapientia astringat
sibi scientiam docendam, ut scilicet cordi suum eam
penitus imprimat, ut, dum docet, non ex ore,
sed ex intimo cordis sensu, affectu et spiritu eam
promoveat et expirare videatur. Hoc est quod ait
Christus: « Exit qui seminat seminare semen
sum, » qui scilicet semen, id est verbum Dei,
jam facit sum, id est suo cordi intime illud indi-
dit et impressit. Poccant haec in re multi do-
tores et concionatores, qui concioneas a se con-
scriptas ex memoria ad verbum recitant, perinde
ac si recitarent orationem. Ciceronis quam di-
cerunt: quare eorum concio est arida et tripla
declamatio; at sapientes magis ex corde quam
ex memoria dicta sua promunt, ideoque illa vita
sunt, efficacia et ardentia, quibus mentes audi-
torum ascendunt et impellant quocumque volunt.
Tertio, sicut agricultores *izaru*, id est dominant se-
ment liberaliter spe copiose messoris, sic et sapientia
sapientiam suam large spargit et disseminat,
sciens eam esse sonum, et ad seminandum eam
sibi a Deo esse datam, qui hujus seminacionis
exactam ab eo exigat rationem in die judicii, pre-
sertim quia pariter scit suae seminationi amplam
a Deo promissam esse mercedem, nimirum la-
ream doctorem in celis, et conversionem audi-
torum in terra. Esto enim auditores illico non
convertantur, sed tamen tempore concionis au-
diunt memores, fructum vel in se vel in aliis non
potentem producent. Unde S. Chrysostomus,
hom. 41 in Gen., a. Agricola quidem, inquit, non
pari aclarerit seminat, cogitans fructus hactenus
fuisse inutilis; nos autem ab hac cura liberi su-
mus. Nam hacten jacto equali semine ab auditorum
ignaviam fructum non capiamus, perfecta tamen
nobis futura est messis ac merces. « Hinc mon-
Sapiens, *Ecclesiastæ* xi, vers. 4: « Mitti panem
tum super transeuntes aquas, quia post tem-
pora multa invenies eum. » Et vers. 4: « Qui ob-
servat ventum, non seminat; et qui consiprat
nubes, nunquam metet. » Et *Isaias*, cap. xxxii, 20:
« Beati qui seminatis super omnes aquas, immi-
litantes pedem bovis et asini. » Igitur sicut agricul-
tora totum agrum suum serit, nec partem fertili-
orem a minus fertili secernit: sic et predicator

non consideret an multi sint auditores vel pauci,
an nobiles vel ignobiles, an docti vel rudes; sed
dicat cum Apostolo: « Sapientibus et insipientibus
debet sum, » omniisque data occasione strenue
doceat et predicet. Sic S. Franciscus, teste S. Bo-
naventura, eadem mentis aclaritate, eodem spi-
ritu fervore concionabatur paucis et multis, di-
vulsi et pauperibus, cibibus et rusticis. Tales
fueri Apostoli, virique Apostolicæ, de quibus dicunt
Psalm. cxlv: « Euntes ibant et flebant, mitentes
semina sua; venientes autem venient cum exulta-
tione, portantes manipulos suos. »

Quarto, S. Ambrosius in *Psalm. xxxvi*: « Labia sa-
pientum, ait, alligata sunt sensu, eo quod omnia
qua loquuntur vero sensu congruere videantur,
et sensu etiam sui prudenter intelligent quo lo-
qui debeant vel tacetur, ut quia silentia, coh-
beant clauso quodam nesciue laboriorum; in his
autem quae oporteat dici, labiorum vincula
resolvant. »

Idem in *Psalm. xxxviii*: « Labia sapientis alligata
sunt intellectu. Quando ergo vides illudgentibus
protervis sapientem tacere, die: Ligavit iste in-
tellectu labia sua, hoc est, prudenter tacet, ne
laboriorum suorum vincula alligetur. Posuit ori
suo custodiem, sepuit aures suas spinis, vocem
adhibuit foribus oris sui; servat thesaurum cor-
dis, et argumentum eloqui sui, ut examinatum et
purgatum, quando oportet, proferat, ne quisquam
prius fur in eorū aut perturbator irrumpat,
et ad eos captivum trahat, quibus flagitia sua
vendat. » Idem, lib. III, epist. ad Constantium:
« Labia tua alligata sunt sensu, id est, atque
fugat sermonum tuorum manifestatio, intellectus co-
ruscet et alloquium tuum, atque tractatus aliena
non indigat assertione, sed sermo tuus velut armis
suis sese ipsa tueatur, nec ullum verbum
tuum in vanum exeat, et sine sensu prodeat. Est
enim alligatura, quam constringere solet animo-
rum vulnera; quam si quis reicit, desperatam
sui proficit salutem. Et ideo circa eos, qui gravi
ulcere videntur, utere oleo sermonis, qui foveas
mentis duritiam. Appone malagma, adjunge
alligatum salutaris precepti, ut vagos et fluctuantes
circa fidem vel discipline observantiam, nequaquam
soluta anima et remissio vigore pafaris posse-
re. » Plura vide apud S. Chrysostomum, S. Ambro-
sium, Barradum, Salmeronem, et alios inter-
pretes explicantes parabolam seminantis, *Math.*
xii, 3.

8. VICTIME IMPIORUM ABOMINABILES DOMINO: VOTA
JUSTORUM PLACABILIA: — id est grata et accepta
sunt Deo, aptaque ad Deum conciliandum et pla-
candum. « Vota » hic significant non promissa
Deo facta, sed preces; hebreo enim est ἡτε *tephilla*, id est oratio, preces, supplications. Hebreo ergo sic habent, sacrificium impiorum ab-
ominatio Domini; et oratio recitorum beneplacitum.
Eius verbis translata sunt in *Jude Canonum*, et habentur 3, *Qwest. VII*, cap. v. In gravibus
Syrus, gratias habet justorum preces; Septuaginta,
ubi sic dicitur: « In gravibus peccatis quis

positus dum suis premitur, aliena non diluit. Cuncti enim liquido novimus, quia cum dis- plicet, qui ad intercedendum mittitur, irati am- bus procul dubio ad deteriora provocatur. Scriptum quippe est: *Victimae impiorum abominabiles Deo sunt, vota justorum placabilia.* Neque enim in omnipotenti Dei iudicio, quid, sed a quo datur, inspicit. Hinc est enim quod scriptum est: *Respectus Dominus ab Abel, et ad manuera eius: ad Cain autem et ad manuera ejus non respectit.* Dicuntur quippe quia dominus respectit ad numeris, premissi solliciti, quia respecti ad Abel. Ex qua re pa- tenter ostenditur, quia non offerens a numeribus, sed numeris ab offerten placuerunt. Quia quippe iniquorum non probat Altissimum, nec respecti oblationes eorum, ne in multitudine sacrificiorum eorum propitiatibus peccatis. Item: *Longe est Dom- inus ab impiis, et orationes justorum exaudient.*

Porro Calviniste ex hisce Salomonis sententiis inferunt sine fide non possit fieri illum opus ho- num, etiam morale dimitatax, ideoque omnia opera infidelium et impiorum esse peccata. Qui- bus egregie respondet Bellarminus, lib. V de Grat. et libero arbit. cap. x: *Vultum interest, inquit, inter sacrifica et opera moralia: nam ut fiat bene opus morale, non requiri ut fiat cum detesta- tione peccatorum, vel cum conscientia pura, quod tamen requiriatur ad sacrificium rite offre- rendum.* Cuius differentiae ratio est, quia sacrificium habet pro fine placare et reconciliare Deum, vel ab illo beneficio aliquo impetrare, aut pro acceptis gratias agere; qui autem Deum sibi re- conciliare vult, et tamen peccata non detesta- tur, nec relinquit, si pugnat cum ipsa sua actione, nec tam Deum placat, quam ad iracundiam pro- vocat. Sic etiam qui vult a Deo beneficia impetrare, vel ei pro acceptis gratias agere, et tamen cum eo inimicitiam gerit, eumque offendere le- gem ipsius prevaricando non cessat; si Deum non tam honorat quam irritat. Quare nihil est mirum, si sacrificium ejus Deo non placat, quippe quod non rite offertur. At opus morale, ut elemosyna in pauperem, non habet pro fine nisi agenti opem ferre, ad quem finem conse- quendum nihil pertinet puritas, vel impuritas, ita et conscientia ejus elemosynam facit.

9. ABOMINATIO VIA DIPLO: QUI SEQUEN- TUR JUSTITIAS, OBLIGATUR AB EO. — Chaldeus, se- quentes autem justitiam diligunt. Sententia hec est clara, datique causam precedenter, q. d. Ideo Deus exacerbat victimas impiorum, qui exacerbat eo- rum viam, id est vivendi agendum rationem; ideo vero preces justorum accepta, quia eorum via, id est modus vivendi, putat justa eorum op- ra ipsi placent. Pro qua sequitur hebrei est: *מִתְרַדְּלֵה, id est, qui p. respectu justi, non, quo signifi- catur justitiam velut celestem viam fugere homines terrenis cupiditatibus plenos, juxta illud Poete:*

Ultima virtutum terra Astræa elicit.

Quare virtutis studiosos debere eam fugientem insequi, idque ingenti contentione, constat et stu- dio, ut eam velociter precurrentem velociori cursu assequi et apprehendere valeant. Igmar quo conatu canis venatus perseguitur leporem, pra- illo gressus accelerando et multiplicando, donec leporem assequatur et comprehendat, eodem nos virtutem persecuti debemus, nec a cursu continuo cessare, sed eum intendere, donec ilam conse- quamur.

10. DOCTRINA MALA DESERENTI VIAM VITE: QUI INCREPATIONES QVINT, MORIETUR. — *Tu vita non est in Hebreo, sed subinligitur: vita enim vita est lex Dei, quae ducit ad vitam longevitatem hic, et deinde ad eternam in celis.* Pro doctrina hebreica est: *כָּוֹרֶב מָשָׁר, id est castigatio, disciplina, correctio.* Sensus ergo est, q. d. Disciplina et correctio impio qui suas cuperdias sequens deserit vitam vite, id est legem Dei, est «mala», tum quia ei ingrata est, insuavis et molesta: sic enim bonum sepa sumit pro juendo et late, malum vero pro tristi et molesto, ut cum ait Christus, *Matth. vi: «Sufficit diei maliitia sua, id est sua molestia, sua crux, sua afflictio; tum quia lex Dei impio communiarum penas pessimas tam in hoc seculo, quam in futuro, illisque, si spernatur, ipsum addicit.* «Qui autem non tan- tum deserit vitam vite, sed etiam incrépationes odit, morietur,» tum morte intempestiva, qua sepe belli improbus punit; tum morte eterna in gehennam; unde Septuaginta vertunt, *qui autem oderunt incrépationes, vorvuntur turpiter;* tales enim sunt incorrigibilis et quasi desperati, similes pharao-nicis et lethargicis, qui dormire volunt in suis peccatis, et dormiendo mori. Ita S. Augustinus, serm. 50 de Verbis Domini: «Prorsus, in- quire, tales sunt homines lethargici similes, qui in lucem oculos intendere pigrescant, et his qui eos excitare volunt, molesti sunt. Recedit a me, ait let virgines. Quare? Dormire volo. Sed ille: Moriories. Inde ille amore somni: Mori volo, respondit. Sed charitas desuper: Nolo.» Vide dicta vers.

Hunc esse sensum liquet ex Hebreo, qui sic habet, *corruptio mala relinquent seminam; et ex Chaldeo, disciplina mali hominis, inquit, errare facit vitam suam; et Tigrinus, desertorum semina gravis castigatio manet;* et Vatablus, *disciplina est gravis et ingrata homini, qui vitam rectam deserit;* et Pagninus, *flagellum malum est relinquent semina bonorum;* et R. Salomon: «Supplicia grava, inquit, per quae constitute et parate sunt divi- num transitem translent.» Si et Aben-Ezra, R. Levi, Jansenius, Salazar et alii. Porro sequan- gitam contraria vertunt, *disciplina corporis co- gnoscitur a preterventibus;* et Syrus: *corruptio eo- rum qui mala nesciunt, manifesta est.* Verum in septuaginta pro *ixixa, id est innocentis, videtur corrigitur xxx, id est mali, nescientis: sic enim*

אֲבָנְזָא, Chaldeus et ceteri judei citati,

qui et Scholiastes Septuaginta, disciplina, inquit, est malum dereliquenti viam; quod plane conser- tit cum ceteris jam citatis.

Alier explicat Baynus, q. d. Patris vel doctoris, qui deserit vitam vite, id est legem Dei, doctrina mala est, quia siue ipse vitiosus est, sic eadem vita verbi et factis docet, imprimitque filios et discipulis.

Alier quoque Iago, q. d. Male docet qui sola verbi doctrina, id est solo ore, docet, cum opere deserat vitam vite, id est legem Dei; quia, ut ait Beda in Proverb.: «Male vivere et bene docere nihil est aliud quam se sua voce damnare;» et, ut ait Chrysostomus, homil. 47 in Matth.: «Doc- trine ipsius magnis vocibus ipsa facta reclamat.» Vide aucto*Imperfecti apud S. Chrysostomum, homil. 9 et 10 in Matth.*, ubi inter alia ait: «Talis non alterum instruit, sed se ipsum castigat. Nemo enim potest in villa stare, et de monte loqui; sed aut ubi casus, inde loqueri; aut unde loqueris, ibi sita. Si in terra est animus tuus, ut quid de celo loqueris? Et in inferius: «Nelius est facere et non docere, quan docere et non facere: quia qui facit, aliquos corrigit suo exemplo; qui autem docet et non facit, non solum neminem corrigit, sed insuper multos scandalizat. Quis enim non moverit ad peccandum, cum viderit ipsos do- tores justitiae peccantes?

11. INFERNUS ET PERDITIO CORAM DOMINO: QUANTO MAGIS CORDA FILIORUM HOMINUM: — Septuaginta, *infernus et perditio manifesta coram Domino, quando non et corde hominum?* Hebrei est: *כָּאַתְּ אֶפְתָּחָה, quod in comparatione, qualis hic est, significat quanto magis, vel multo magis.* Ita Pagnius, Vatablus, Marinus, Baynus, Jansenius et alii. Quare frigide et parum apte nonnulli vertunt, *infernus et perditio coram Domino, etiam et corde filiorum hominum.* Alludit ad illud Job xxvi, 6: «Nudus est inf-ernus coram illo, et nullum est operimentum perditio.»

INFERNUS ET PERDITIO. — *Ho est, infernus omnia perdens, ut sit hendiadys; infernus enim di- cultur perditio, hebrei abaddon, id est interitus, consumptio, locus omnino nobis occulitus et multa caligin obvolutus, barathrum et precipitum, in quod cum aliquid descendit, per- riisse videatur tenebris et oblitiois caligini im- mersum et obruitum, juxta illud Isai. lxxvii, 13:*

«Numquid cognoscitur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblitiois?» Aut sim- plius, *infernus est locus imus terrae et totius mundi, ac career damnatorum; perditio est ipsa mors, gehenna et damnatio eterna eorumdem. Rursum perditio sunt ipsi perdit, puta damnati tam homines quam demones in inferno. Unde Apoc. ix, 11, angelus preses abyssi vocatur hebrei abaddon, grec. ἀβύσσος, latine extermi- nans, vel perdens. Quare minus probabiliter per infernum Cajetanus et Jansenius accipiunt statum mortuorum; Mercurius, sepulcrum: ali, mortem, magis penetrabant corda hominum sibi vicina.*

q. d. Deus novit statum mortuorum (scilicet ubi sint mortui, quid patiantur), qui hominibus in hac vita videtur abstrusissimus. Ergo multo magis novit corda hominum hic viventium: haec enim hominibus non ita videtur abstrusa, licet a parte rei magis abstrusa, secreta et arcana sint. Verum Hebreum Τέλος school propriæ inferorum significat, non mortem, nec sepulcrum, præsertim cum ei adiungatur οὐδὲν abaddon, id est perditio. Unde Ecclesiastes damnat Calvinum, qui negat Christum descedisse ad inferos; et per inferos accepit sepul- crum, quasi idem in Symbolo sit: «Descedit ad inferos, a quod et sepulcrum est.»

Aben-Ezra et R. Levi hunc versum connectant cum precedenti hoc modo: *Dominus, in cuius conspectu est infernus et perditio, hoc est, cui nihil est absconditum, probat cogitationes et cor- di filiorum hominum, qui relinquunt vitam disciplinae, et oportet habent castigationem, ac dabit illis mercedem, et moriantur ante diem suum, atque descendant ad infernum et perditionem.* Timor ergo hic Salomon incutit in qui deserunt vias de- scias, quasi possint latere et fallere oculos Dei, qui etiam secretissima clare perspicunt. Idem facit pater Salomonis David, Psalm. cxxxviii, 7: «Quo ibo, ait, a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? si ascendero in colum, tu illuc es; si descendero in infernum, ades,» etc.

Est argumentum a minus difficili ad magis dif- ficulte, q. d. Deus cognoscit infernum et damnationem ac damnatos; ergo multo magis cognoscit corda, id est cogitationes et volitiones cordium eorum, qui in terra hac vivunt: illud enim diffi- cultius est, hoc facilius.

Dificillitas est, quomodo haec sententia sit vera. Ratio dubitandi est, quod infernus et damnatio sint res physicae, ideoque determinatae ac certe, quae facile scrii possunt; at vero cogitationes et intentiones hominum sunt res liberae, ideoque indeterminatae, secreta et arcana, ideoque soli Deo cognoscit. Unde Angeli, demones et damnati cognoscunt infernum et penas damnatorum; non vero cognoscunt secreta cordium.

Respondet primo, Jansenius et Cajetanus, Salo- monem loqui de difficultate, que est non a parte rei, sed in opinioni hominum: homines enim putant difficultus esse, inveni vero eis difficultus est cognoscere infernum quam secreta cordium, quia illorum nulla habent indicia, horum vero habent per verba, vulum, gestus, facta, etc.

Hoc responsio est facilis et probabilis. Scriptura enim subinde loquitur ex mente et sensu homi- num, ac phrasibus et moribus hominum esse accommodata.

Secundo, R. Levi sic argumentum concinnat, infernum est locus imus, et a Deo remotissimum; cor autem sive mens hominis est Deo vicina, quia ad Deum imaginem creata. Si ergo oculi Dei penetrant usque ad inum inferni a se remotissimum, multo magis penetrabant corda hominum sibi vicina.

Tertio, Hugo corda hominum limitat ad homines bonos, q. d. Si Deus respicit infernum et damnos in eo, ut illos pro mensura malorum ab ipsis coquitorum puniat, quanto magis respicit corda bonorum, ut ei pro bonis mente destinatis et opere perfectis prasmetur?

Quarto, magis genuine et profunde per infernum et perditionem accipit damnationem et dannatos, presertim demones, q. d. Deus cognoscit secreta inferni et dannatorum, presertim demorum; ergo multo magis cognoscit secreta hominum viventium. Demones enim uti nature subtillite, sic et mentis profunditate ac celandis secratis superant homines; unde magis versuti, fraudulenti et dolosi sunt quam homines, ut patet ex eorum tentationibus, quibus viros etiam sanctos saepe implacent, seducunt et prosternunt. Rursum Deus novit omnes actus etiam internos et secretos cordium, tam demorum quam hominum dannatorum, quos habuerunt in via; ideoque enique infixit eam ponatur in gehenna mensuram, quam quisque suis actibus meritus est. Insper Deus novit omnes cogitationes et voluntiones demorum et dannatorum, quae nunc habent, et quae habituunt sicut per omnem aeternitatem; ergo multo magis cognoscit cogitationes et voluntates hominum, qui in terra misere et modice vivunt.

Denique *cor et coram Domino* non tantum significat Deo nota esse corda hominum, aequae ac demorum et dannatorum, sed etiam illa esse in manu, potestate et dominio Dei, ut de illis faciat quod libet, ut cogitationes et volunties eis immittat quascumque voluerit, ut penas vel premia et gaudia eis induat, prout ei placuerit. Corda enim omnium Angelorum, demonum et dannatorum ita sunt in manu Dei, sicut lutum est in manu figuli, ut at Jeremias, cap. xviii, vers. 6, et sicut cera est in manu cerarii. Ergo pari, immo potiori ratione eodem modo in manu Dei sunt corda hominum, iuxta illud S. Pauli : Cujus vult misericordia, et quem vult inducat, » Rom. ix, 18 et 20. Hinc Deus a S. Augustino et aliis vocatur « rex mentium », quia totus casus penetrat, possidet, occupat, ut eis intime illabi, cogitationesque et volunties quascumque voluerit, vitaliter indirequent, quod nequit demon vel angelus. Hacten ergo argumenta a magis difficile ad minus difficile argumentatur Salomon. Si Deus sua sapientia penetrat, et sua potentia possidet mentes demorum et dannatorum in inferno, adeo ut eas igne eructet et urat, ergo multo magis penetrat et possidet corda hominum adhuc viventium, qui cum demonibus in versutia et robore comparari nequeunt.

Simili phrasi ait Abraham ad Lot, *Genes.* cap. xii, 9 : « Ecce universa terra coram te est, » id est in tua potestate et arbitrio est ut eligas in ea regionem, que tibi magis arridet. Et David Deo *Psalm.* xxxvii, 10 : « Domine, ante te omne desi-

derium meum, » q. d. In tua manu est ut filius exples. *Isaias* xl, 4 : « Opus illius coram illo, » id est in illius manu et arbitrio est. *Cant. viii, 12 :* « Vinea mea coram me est, » mei juris est et protestatis.

12. NON AMAT PESTILENS (*Septhaginta, indiscretus*, qui disciplinam et correptionem aversatur et excusat) *EUS QUI SE CORRIPIT : NEC AD SAPIENTEM GRADITUR.* — *Vatablus, accedit*: *Septhaginta*: *cum serpentibus non conversabitur*: *Syrus, non ambulet*; qui enim futurum putat ut ab illis arguitur, idcirco eos fugit, ait Aben-Ezra. *Pro pestilens hebreice* est γένος λέπρας, id est irisor, illusor, qui omnia monita irridet et cachinum exhibitat, quales suo contemptu, sanitis, jocis et dieteris pestilentiissimi et summe noxiis sunt, quia omnia iura tam divina quam humana in jecum vertunt, et risu elidunt; qui prouide ut pestes fidelibus visitandi, et ab eorum cœtu velut membra putida ejiciendi et ressecandi sunt, quia sua malitia contagio multos inficiunt, animasque eorum interminunt. Tales sunt heretici, de quibus prouide ita sancti Apostoli ad *Titanum* iii, 10 : « Hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est, etc., cum sit proprio iudicio condemnatus. » Nam, ut idem ait *II Timoth.* cap. ii, vers. 17 : « Sermo eorum ut cancer serpit. »

13. COR GAUDENS EXHILARAT (*Pagninus, decorat*)
FACIEN : IN MOERORE ANIMI DEICITUR SPIRITUS. — *Septhaginta*, *cordis lati facies floret* (*Complutenses, virerit*; *Origenes, hom. 4 in Cant. florida est*); *in tristitia autem posita mestis est*: *Syrus, cor hilare pudicum reddit corpus, cor triste spiritum dolore afficit*; *Tigurina, in moerore cordis languescit spiritus*; *Vatablus, frangitur, obscuratur, aut perit et obsoletus spiritus*.

Primo, R. Salomon sic exponit, q. d. Si cordi Dei gaudium afferas, ejus semitam amplectendo, Deus vicecivis erga te vultum benevolum et hilarem pra se feret, votis tuis satisfacens. Sin vero eidem dolendi ansam prebebas, ille vicecivis spiritu perturbato erga te se monstrabat, siue legimus tempore Noe oscela hominum Deum latum dolore cordis intrinsecus dixisse : « Delabo hominem quem creavi, » *Genes.* vi. Hie sensus hoc loco est impertinens : agitur enim hic de gaudio cordis humani, non divini.

Secundo, R. Levi : Cor gaudentis, inquit, ad contemplationem mirifice confort. Hac de causa Ei seus psalmus adduci jussit, ut musica exilarias ejus animus assureret ad divina, spiritumque propheticum aciperet, *IV Reg. m. 15*. Vice versa, tradunt Rabbini Jacobum patriarcham ob amissum Joseph filium suum morentem, spoliatum fuisse Spiritu Sancto, nimis spiritu leticie et hilaritate, quo gaudent et per quem magna operatur Spiritus Sanctus. Sic et Hugo per spiritum his accepit Spiritum Sanctum, quem affligit et ex animo tristi pellit tristitia. Quin et B. Antiochus,

hom. 25 *De Tristitia* : « Averte, inquit, a te tristitiam hanc, et ne contristes Spiritum Sanctum qui in te habitat, ne forte interpellat Deum, et recedat a te; Spiritus enim Dei, qui in hanc etiam carnem se effudit, tristitiam non fert, neque animi angustiam. » Et iterum : « Tristitia Spiritum Sanctum mœstificat, qui homini datum est hilaris. Ut enim acetum vino si immiscatur, nihil aferit gustus: sic etiam tristitia Spiritui Sancto imœnistria paracesim ejus reddit inannemam. » Mutatus est haec B. Antiochus ex lib. *Pastoris*, sive *Berna*, discipuli S. Pauli, quilib. II, mandato 10, sic ait : « Tristitia omnium spiritum nequissimus est, et pessimus servis Dei, et omnium spiritus exterminat, et cruciat Spiritum Sanctum. » Apulo post subdit : « Autem ergo tristitiam a te, et noli offendere Spiritum Sanctum, qui in te habitat, ne roget Dominum, et recedat a te. Spiritus enim Domini qui datum est in carnem, tristitia non sustinet. » Et tandem : « Cum ergo mixta fuerit oratio cum tristitia, non pafiet oratione mundum ascendere ad altare Dei. Sicut enim vimum aceto mixtum eamdem suavitatem non habet: sic etiam tristitia Spiritu Sancto mixta eamdem orationem mundam non habet. »

Tertio et genuine, q. d. Cor gaudentis non tantum in seipso gaudet, sed et suum gaudium per naturalem sympathiam in corporis, ac presertim in faciem transfundit: hanc enim facit hilare, roseam, decoram, florentem, ut spiritum hilaritatis efflare videatur; vice versa cor, sive animus tristis et molestus tristem mœstumque deicit spiritum, et consequenter faciem et vultum consternat, eumque nubilum, luridum et atraffit: spiritus enim in vulta maxime effectus suis patet facie solet. Unde auctor *Catenæ Graecæ*, ex Septhaginta sic verbit, quando cor gaudent, facies virerit; cum autem in moerore jacet, spiritus tristis ac tetraclus incedit; spiritus enim est qui agitat corpus, et in illo se quoque affectus leticie vel tristitiae exercit per spiritus vitales et animales, quos corpori presertim facie suggestit: hinc spiritus latu spiritosum et letum roseumque factum vultum, collum eructum, genas vividas, oculos alacres, corpus agile, pedes veloces, vocem ardentem: vice versa, spiritus tristis tetricum luridumque facit vultum, collum demissum, genas depressas, oculos lividos, corpus grave, pedes plumbeos, vocem tremulam. Porro vera leticie causa est justitia et virtutum studium, ait auctor *Catenæ Graecæ*, sicut vera tristitia causa est mala vita et conscientia. Tacite ergo monas Salomon studendum virtutum, ut semper gaudeamus, ac cavendum a peccato, ut evitemus tristitiam. Unde S. Chrysostomus, homil. *Quod non datur pariter secundum Deum et secundum mundum gaudere*, sic ait : « Justorum letitia vera est animae pariter ac corporis recreatio, et semperiter fructus pressagium et flos. » Quocirca fides hortatur Apostolus dicens : « Gaudent in Domino semper; iterum

dico, gaudete, » *Philip.* cap. IV, 4. Vide ibi dicta.

Nota: Pro dejectur hebreo est נִזְנָתָנְךָ נִזְנָתָנְךָ. id est perturbatur, costurbatur, obscuratur spiritus, utpote cui lux gaudi adempta est; Marinus, est mastus, Pagninus, est tristis; Tigurina, languescit; Vatablus, frangitur, perit, obsolescit. Nam, ut ait S. Augustinus, epist. 20 ad *Honoratum*, cap. xiv, explicans illud *Psalm.* xxii : « Factum est cor meum tanquam cera liqueficens in medio ventris mei: Tristitia quasi solvit cor. Unde dicitur etiam grece ιων, quod hinc appellata sit ιων, id est tristitia, eo quod ιων, id est solvit et tabescere faciat cor. Et B. Antiochus, homil. 23 : « Tristitia, ait, os leonis est, quod nullo negotio morere confectum absorbet. » Et S. Nilus, orat. I *De Tristitia*, pulchris et appositis similitudinibus igitur, fumi, aquarum, febris et parturientis idipsum declarat: « Ignis, ait, assidus plumbam imminuit, et mundi tristitia mente mentem aterrit. Oculum aciem hebetat fumus, et contemplatio rem animi vim obtundit tristitia. Aquæ profunditas non admittit solis splendorem, et cor triste non exilarat lucis contemplatio. Ut gustus vim adimit febris, sic animi sensus aterrit tristitia. » Et iterum : « Doloribus, inquit, afficit mater, dum filium parit; sed posteaquam peperit, non dolet amplius. Tristitia vero et in ipso puto dolorem afferit, et posteaquam nata est, vehementer exasperat. » S. Gregorius Nazianzenus, *Iambico* 15, pacuis ita letitiam et tristitiam definit :

Letitia quidam mentis est diffusio;
Tristitia cordis morsus et turbatio.

S. Chrysostomus, epist. 3 *ad Olympiad.* : « Tristitia, ait, linea est non ossium tantum, verum etiam mentis, et perpetuus carnifex non latus fodens, sed animi vires labefactans. » Quocirca S. Basilius hom. *De Gratiarum actione*, docte fideliens debere generoso animo violentias impressiones et assultus tristitiae a secessu depellere. « Ingenuos prorsus, inquit, nec virilis anima, et quae parum summae spiritus imitatur Deo, est ad eum modum adversis frangit, rebusque parum letis succumbere. Ut enim vermes plurimum innasci solent tenerioribus lignis, haud secus angor iste dejectus animi in omni hominum se insinuat, qui molliore sunt nec constanti ingenio. »

Et inferioris remedium tristitiae assignat spem et cogitationem retributionis aeternae : « Afficit, inquit, te aliquis ignominia? Quin tu ad eam suscipies gloriam, que deposita in colli est tibi paranda merito patientis. Jacturam rerum tuarum adiisti? Imo oculos imprime fixius illis celestibus divilibus, et thesauru incomparabili, quem tibi ipsi pretio bonorum operum seposuisti. Patria solo exclusus es? At patriam habes celestem illum Jerusalem. Perit tibi filius? sed Angelos habens quibuscum in circuitu divini illius throni triplex, letitia semperita exhilarandus. »

Idem, orat. 12 *De Miserere* : « Nam res adversa,

inquit, animum, sicut ignis aurum, probant, ac sane illis qui recte sunt instituti, calamitatis veluti alimenta quedam athletica atque exercitationes sunt, que luctatorem ad paternam gloriam ducant. Nimirum autem tristitia auctor peccatisesse solet, cum moros meptem submerget, consilii inopia vertiginem afferat penuria cogitationis animum ingratum generet. Turpe enim est beneficere vos ob res secundas, silere vero ob adversas; immo tunc maxime gratia nobis agenda esset, cum exploratum habeamus, quod, quem diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Eripit quidem ex misericordia sanctorum suorum Deus, non tamen absque probacione tolerans ipsius tributum.

Benigne Salomon secutus Siracides: « A tristitia, inquit, festina mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flebit cervicecum, » Eccl. xxxviii, 19. Vide ibi dicta.

14. COR SAPIENTIS QUERIT DOCTRINAM (Hebraice, scientiam), ET OS STULTORUM PASCIT IMPERTITIA. — Hebraice, stultitia; Symmachus, pascit iniquitatem; Septuaginta, correctum querit sensum; os autem indisciplinarum cognoscit mala; Chaldaea clara, cor intelligens querit scientiam, et os stultorum stultitiam. « Sapientia » hic est prudens et justus; « hic querit doctrinam » et scientiam, scilicet practicam, puta prudentiam, honestatem et virtutem; ut quotidiani in illis crescat et proficiat; stultus autem, id est peccator, vilius adductus, pascitur stultis concupiscentiis sua cupidis, et gule vitiorumque illecebris, quibus quoddam magis se implicat et inebriatur; unde Syrus verit, cor justorum querit scientiam, et stultorum impudicitia eloquuntur; et R. Levi, ore, inquit, stultorum fons cordis stultitia, quod a corde ad os seruo progressatur. Melius Janenus, q. d. Sapientia autem audire et discere prudentia sapientum dogmata; at stultus ore hianti et patulo avide excipit insultas et carnales insipientem fabulas, rugas, spuria, perinde ac si in quasi aperte pascatur. Verum haec epulus non sunt hominum, sed pascua brutorum. Hoc enim significat Hebreum: *νηγη ιρε*, id est pascitur, quod de brutis dicitur. Optime utrumque jungas, q. d. Cor sapientis querit doctrinam audire et discere, ac ubi didicerit, eandem alios docere; at os stulti pascitur imperitia, quia etiam audire sequitur ac preferre, atque de ea jugiter colloquunt et sermocinari, ut eam alios doceat, eosque insipientes, id est carnales et vitiosos, efficiat. Unle Septuaginta vertunt, os indisciplinarum cognoscit mala, id est, malum audieret et eloqueretur; et Symmachus, pascit iniquitatem vel stultitiam, id est, ait, fovet et nutrit impietatem, tum in animo suo, tum in mentibus aliorum, eam probando, laudando, extollendo, decendo.

Symbolice, Hugo: « Os stultorum, inquit, pascit imperitia, id est vanitate et falsitate. Quatuor autem sunt animalia, que totidem elemen-

tae visitant, salamandra igne, chameleon aere, halae aqua, talpa terra: sic etiam quatuor occurunt stultorum genera, qui ejusmodi rebus pascauntur et vivunt. Invicti et iracundigne furoris pascauntur; superbi et ambitiosi aere vang laudis; luxuriosi aqua voluptatis; cupidi et avari terra evadunt prosperitatis: hec illae.

15. OMNES DIES PAUPERIS, MALI : SECURA MENS QUASI JUGE CONVIVIUM. — Hebraice, omnes dies pauperis mali, et bonus corde (vel bonus cor) juge convivium; Chaldaea, et cuius hilaris est animus, continuum est convivium; Syrus, et iucundi omni tempore sunt quieti. Nota: *Bonum* cor Hebreis idem est *primo*, quod bona, pura et sancta conscientia; *secunda*, quod quieta, leta et jucunda mens ac conscientia; hec enim duo sunt connexa: puritas enim conscientiae puritatem quietem, quies latitudinem conscientiae. Utrumque significavit Noster vertendo, a secura mens.

Porro variis hunc versum vertunt, et explicant: omnes probabilitate et apposite.

Primo, Tigrinara verit, *omnes dies affici hominis mali sunt*; cor autem latum juge convivium est (1). Hebreum enim *νηγη ιρε* id est pauper, miser, afflictus. Et sic clares est antithesis: opponunt enim afflictus et tristis leto, quod afflictus dies mali, id est miser, sibi; lati autem sint felices, perinde ac si in jugi versatur convivio. Sic et Abra-Ezra: *νηγη ιρε*, inquit, id est pauper et afflictus, hic vocatur, qui merore se vici patitur; hic enim opponitur bono corde, id est leto et jucundo.

Secundo, R. Levi, et ex eo Valabius, per pauperem accipi insipientem; hic enim pauper et inops est non census, sed sensus et mentis, q. d. Tota vita insipientum, pascit impiorum, qui malum habent conscientiam, miseris est; at sapientum, id est justorum, vita festa et jucunda est instar perennis convivii. Simili modo conscientiam puram opiparo convivio comparat S. Chrysostomus, hom. 15 in *Math.*: « Cum nullis stimulis, inquit, conscientiae animus pungitur, magni semper fructus gaudio, adeo ut nemo id oratione possit expiri. Quid enim tibi videtur in presenti vita jucundum atque suave? mensane deliciosa? Sed haec illi voluptati, que virtutem consequitur, collata, amara et tristitia plena videatur. » Porro Hugo: « Conviva, ait, hujus convivii sunt virtutes, que omnes propriis ferulculis reficiuntur. »

Tertio, R. Salomon censet hic opponi et propone divitem pauperi, q. d. Pauper agit malos, id est miseros, at divites semper habent bonum, id est latum cor, quia in perpetuis agit convivis et deliciis. Verum hoc sensus crassus est et Iudaicus.

(1) Recte. Homo hic animo afflictus est qui curarum mole opprimitur, tristitiam non discutere studet fiducia in Deo collocata, animunque desponet.

Quarto, aliis paupertatis proprie accipiunt, ejusque paupertatis bonum, puta securitatem, censem hic commendari, q. d. Vulgaris pauperes astimat malos, id est miseros, et paupertatem esse miseriarum maximam; at ego Salomon alter sentio, nimurum securam mentem, quam suggesti paupertas, esse quasi iuge convivium. Nam, ut ait S. Chrysostomus, *bomilia 30 in Matth.*: « Pauper semper securus est, et omni metu vacat; summa autem potestas sine timore periculi nungquam est. » Idem, hom. *De recipiendo Sevrio*: « Paupertas, ait, est tutum asylum, perpetua securitas portus tranquillitas, deliciae periculorum expertes, voluptas sincera. » Et Seneca, epist. 2 ad *Lucilium*: « Honestia res est, ait, leta paupertas. Imo jam non est paupertas, sed opulenta cordis, si leta est. Denique non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim referat quantum illi in area, quantum illi in horreis jaceat, quantum pascat aenesceretur, si imminet alieno, si non acquistis, sed acquirendis computet? Quis sit divulsus modus queris? primus, habere qua necessis est; secundus, quod satias est. » Hinc accedit Budens in *Annotatio reliqua in Pandectas*, pag. 18, qui *τοι μαλι* non referat ad *της dies pauperis*, sed ad *secura mens*, q. d. Omnes dies pauperis sunt mens secura mali, id est, secura a mali. Sic enim ait: « Absimili Latinus sermonis ignorazione, nisi fallor, corruptum est pulcherrimum apophthegma Sapientis, cap. xv Proverb. : Omnes dies pauperis mali; secura mens quasi iuge convivium: neque enim nulli epithetum est pauperis, ut scholasticus et glossulari intellexerunt; sed est substantivum nomen, hoc sensu: Omnis vita pauperis, animi est conscientiae securitate mali praedita. Sic Lucanus ait in V *Pharsal.* :

O vita tua faculta
Pauperis angustiae laris! o manu nonnam
Intellecta deum! quibus hoc contingere templis,
Aut potius muris, nullo trepidare tamulu
Casina posante manus?

Securus enim genitivo jungitur, ut apud Quintilianum in VIII, qui de taotologia loquens: *Hoc enim, inquit, quanquam non magnopere summis auctoribus vita, interim vitium videri potest; in quo sepe incidit Cicerus*, securus tam parvae observationis. Et apud Virgilium: *Securus amoenum*. » Idem in *V Tuscul.*, *Per ferrum tam scurus vulneri exit.*

Securus, id est negligens et contemptor. Verum hoc expositio non convenit textui Hebreo, in quo *ληπτοι μαλι* referri ad *dies pauperis*, non *ad securum*, vel, ut Hebraice est, *bona mens*.

Quinto, noster Salazar censet hic pauperes necessitate opponi pauperibus spiritu, q. d. Pauper, qui paupertatem odit, vitam agit miseris obrutam; at « secura mens », Hebraice, *bonus corde*, qui sollicito aequo animo paupertatem acceptat,

sueque sorte tenui contentus vivit, hic vivit jucunde, agitque quasi iuge convivium. » Unde Seneca, lib. I *De Remediis fortunae*: « Paupertas, ait, mihi gravis est, immo tu gravior paupertas. Non in paupertate vitium est, sed in paupertate: illa expedita est, hilaris, tuta; tu illum opinione gravem reddis. » Et epist. 2: « Qui cum paupertate bene convenit, divers est. Non est in paupertate vitium, sed in animo; illud quod paupertatem nobis gravem facit, divitis quoque graves facere potest. Quemadmodum enim nihil differt utrum aegrum in lecto ligneo an in auro coflocce: quoque illum transtuleris, morbum sum secum transfert: sic nihil refert utrum aegri animus in divitiis, an in paupertate ponatur; malum enim suum sequitur. » Hic sensus appositus est, sed arctior; arcet enim securam mentem, que omnium est piorum et sanctorum, ad pauperes spiritu.

Sexto ergo, adequate et genuine, opponit Salomon paupertatis mali, quod vulgas summum estimant, bonum securae mens, quod revera sumnum est hujus vite, q. d. Sicci homines sumnum malum estimant paupertatem, illa ego ex adverso sumnum hujus vite bonum iudicio secundum mentem et conscientiam. Quare hoc romedium pauperibus suggero, ut malum paupertatis depellant, q. d. Omnes dies pauperis mali, id est, laboriosi, molesti, miseri sunt; si tamen current ut in paupertate adsit eis secura mens, hac omnes paupertatis miseras leniet, immo absorbit. Secura enim mens facit mentem letam et hilarem, perinde ac si in jugi versatur convivio. Unde Pagninus verit, *omnes dies pauperis multi sunt; sed jucundus corde est ac si esset in fagi convivio*. Nam, ut ait S. Chrysostomus, hom. 2 in Epist. ad Rom.: « Qui conscientiam puram habet, licet pannosus sit, et cum fame assidua lucetur, tamen beatior et tranquillior est illis qui inter delicias magnopere degunt. »

Nona: « Secura mens » hebraice vocatur *bonum cor*; *bonum*, tum ethico, id est purum et sanctum; tum physice, id est letum, hilare, jucundum: tale enim est purum et sanctum: puritatis enim individua comes est letitia. Hinc *securus* dicunt quasi *securus a curis*, puta qui vacat perturbationibus animi, at Budens loco jam citato; securitas enim opponitur curae et anxietati, estque animi recta placidaque constitutio, malorum impendientium cura vacans. His ergo Salomonis verbis beata illa securitas significatur, quam Democritus euthymiam appellavit, id est, animi reactam placidamque constitutionem, malorum impendientium cura vacantem, de qua ait Cicero, lib. V *De Finibus*: « Democriti autem securitas, que est animi tanquam tranquillitas, quam appellant euthymiam, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ipsa beativa. » Idem in V *Tuscul.*: « Qui autem illam maximum optatam securitatem (securitatem autem

nunc appello vacuitatem egritudinis, in qua vita beata posita est) habere quisquam possit, cui aut adsit, aut adesse possit multitudine malorum! » Enim vero securitatis hujus causa est Dei gratia. Quid enim timeat justus, qui seit se Deo curae esset et cordi? Secura ergo est mens justi, hoc est, quieta, serena, tranquilla, confidens, hilaris, magnanima, quia Deo nixa.

Sed Septuaginta pro *προτιμησι*, id est pauperis, legentes *ψυχην*, id est oculi, sic vertunt, ut habet Auctor *Catena Graeca*, *oculi improborum omni tempore hauriunt mala; boni autem semper versantur in pace, et animi tranquillitate*. Idem auctor hunc versum connectit precedenti: « Cor rectum querit sensum et intelligentiam; ineruditorum autem ex experientia mala; » ac deinde utrumque sic needit et explicat: « Convenienter, inquit, hoc loco cor cum ore et oculis conjungitur; homines autem mali et indocti subeunt mala, nempe ponam factis suis dignam. At boni, qui a virtute et peccatis ferias agunt, ab adversis liberunt, ideoque quod secundum cordis sui sensum bonum videatur, pacate operantur. »

Moraliter, discere hic quantum bonum sit secundum ritus bone conscientiae, nimurum quod sit quasi juge convivium, præsternit in lege nova, ubi quotidie in convivio Eucharistie cum Christo epulatur, iuxta illud Ecclesiæ ex S. Thoma Aquinatus in Festo venerabilis Sacramenti: « O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futura gloria nobis pignus datur! » Ut jam in Christianis impleatur illud *Isaia*, cap. LXVI, 23: « Et erit mensis ex mente, sabbatum ex sabbato, » id est, festum festo continuo succedit, agitabunt Christiani continua festa et convivia; *mensis enim hic significat festum Neomosi*, sive novilunii. Addit quo Christiani ex hoc convivio in terris expectant convivium perpetuum in celis, promissum a Christo, *Luc. xxii, 29*: « Et ego dispono vobis, siue dispositus mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. » Quocirca recte S. Ambrosius in *Psalm. XLV*: « Quis, inquit, puritate et simplicitate pectoris dulcor fructus? quis cibus suavior quam is quem amans bene sibi consciit et mens innocens epulatur? » Hugo Victorinus, lib. III *De Anima*, cap. XI: « Conscientia bona, inquit, titulus est religiosus, templum Salomonis, ager benedictionis, hor-tus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium Angorum, arca foederis, thesaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus Sancti, liber signatus et clausus, et in die iudicis aperiendus. » S. Bernardus, lib. II: « Conscientia: » Nihil, ait, est juvenitus, nihil tutius, nihil ditius bona conscientia; premat corpus, trahat mundus, ferreat diabolus, illa erit secura. Bona conscientia secura erit cum corpus morietur; secura, cum anima coram Deo presentabitur; secura, cum utrumque in diu-nici ante tribunal terrificum justi Iudicis statut-

tur. Future benedictionis non est utilius remedium, nec certius testimonium bona conscientia. Cum mundus omni voluntate circumrotetur, plorat, rideat, pereat, transeat, nunquam mercescit bona conscientia. Subiectatur corpus in pena, in injuriis maceretur, verberibus lanieatur, equuleo distendatur, gladio trucidetur, crux patibulo affligatur, secura erit conscientia. » S. Augustinus breviter sed nervoso in *Sententias*, num. 20: « Non potest, ait, quisquam: fraudari detectionis suis, cui Christus est gaudium. Eterna enim exaltatio est, que bono letatur aeterno. » Clemens Alexandrinus, lib. VII *Stratonomus*: « Universa, ait, vita justi est quidam celebris ac sanctus dies festus. » Et S. Ambrosius, lib. II *Offic. I*: « Vitam beatam, ait, efficiunt tranquillitas conscientiae et securitas innocentiae. » Quin et Plutar-chus in *Moral.*: « Ut nepentes, inquit, herba ab Homero predicata, addita poculis omnem convivii tristitiam discessit: ita bona mens induta his omnem vite sollicititudinem abulet. »

Preclare S. Cyprianus, *De Oratione Dominica*: « Quis, ait, ei de seculo mortuus est, cui in seculo Deus tutor est? » Idem, *De Exhort. Martyr.*, asserit: « timendas non esse injurias et peanas persecutionum, cuius major est Dominus ad protagonum quam diabolus ad impugnandum. » Quin et Cicero ad *Territorum*: « Conscientia, ait, recte voluntatis, maxima rerum incommodarum est consolatio. » Quocirca sapientia S. Basilius, homil. *De Gratiarum actione*: « Nulla, inquit, qualilibet splendida ac lucentia humana rerum conditio anima tue ingerat gaudium, quod immo-deratum sit; nullæ res afflictive aut tristes illam dejiciant de gradu sue celestitudinis, et matura gravitas, merore aut calamitate contractant. » Plura vide apud S. Gregorium, lib. VII, *epist. 43*, et lib. IX, *epist. 43*, et apud S. Chrysostomum, homil. 14, 15, 16, 17, 18 et 49 in *Epist. ad Romanos*. Euge ergo, o anima sancta et in sanctitate deo tuo secura: « Sufficiat tu Deo tuo, sufficiat tibi Deus tuus; » non est quod preter eum requiras, et requiringo doleas, perdesque beata mens tua gaudia. Illi soli conjungere, illo fruere, cum illo epulare; ille jugis tibi erit conviva, ille et iuge convivium. Die ergo: « Dilectus meus mihi, et ego illi qui pascitur inter illa, donec aspiret dies, et inclinenter umbra, » *Cant. II, 16*.

16. **MELIUS EST PARCUM CUM TIMORE DOMINI, QUAM THESAURI MAGNI ET INSATIABILIS.** — Hebrei, *pro* thesauro multo et tumultu in eo; Chalduca, *quoniam* thesauri multiplicationes in quibus est turbatio; Vatablus, contrito, id est in quibus sit afflictio et tribulatio quedam; Syrus, *quoniam* thesauri iniquorum; Septuaginta, *quoniam* thesauri magni sine timore. Noster solerter veritatem insatiabilis: ideo enim thesauri sunt insatiabiles, id est, non satiant appetitum divitii et avarii, quia enim turbant, affligunt, molestant cura et anxietate sui, tum augendi, tum conservandi: quot enim molestias, laboribus,

angoribus, curis lancinatur animus divitis, ut opes suas tuerat et adaugeat? Dicuntur ergo thesauri insatiabiles active, id est insatiabili, aut Bionysius, quia appetitum non satiant, sed irritant.

Igitur hujus sententia ratio est, prima, quod timor Dei magis sit bonum quam omnes thesauri: quare qui eum habet, opulentior est omnibus divitisibus qui thesaureis abundant. Unde S. Chrysostomus, homil. 26 in *epist. ad Hebreos*: « Adit, inquit, timor Dei, et nihil erit molestum, sive dixeris paupertatem, sive morbum, sive captivitatem, sive servitutem, sive quidvis aliud molestum; sed et ipsa nobis open afferent ad contraria. Scilicet paupertas divitis honestior, moribus sanitatis firmior, captivitas denique et servitus libertate gloriolor ac potior erit. » Unde tandem timor Dei vis ad combatendas malorum vices?

Paulo post addit: « Timor Dei concupiscentias extirpat. » Hanc vero radicem timor Dei stirpium eruit: qua cruta, mala omnia in bonum permittunt, paupertas transit in divitias, morbi in valetudinem, captivitas in libertatem.

Secunda, quod timor Dei faciat mentem quietam, et sua sorte a Deo sibi admensa contemnam, letam et hilarem, juxta id quod preecessit: « Secundum nos quasi jugis convivium; » hac autem mentis quietis et letitiae potior est omnibus opibus. Tertia, quod timor Dei explicat satietatem mentem, quia eam unit Dei; qui autem Deum habet, quid amplius desideret? Cui Deus non sufficit, quid sufficiet? Thesauri autem cupiditatem non satiant, sed account; cupiditas enim est quasi hydrops, qui semper sitiens quo plus bibit, eo plus libet gestis, iuxta illud:

Quo plus sunt pota, plus stinctor aqua.

Quarta, quod thesauri multas afferant turbations, putta curas, labores, angores, litas, rixas, tristitias, etc., quae omne opum commodum et gaudium siccant et exsorbit.

Quinta, quod parva substantia justi sit secura et uillor quam magis iniusti. Unde S. Gregorius Nazianzenus, *orat. 26*, legit: « Melior est exigua pars eum securitate, quam magna cum eum supererit mensa divitum, ac proinde amita sim, benevolus et charitatis plena; cum divitum sepe sint superba, superciliosus, malevolus, ideoque magis odio quam amore digna: » In tribus, inquit, illos superamus, sollicit voluntate, honore, libertate et gratia. Nam ego malum quidem solum panem sumere cum gratia, quam innumerabiles cibos cum servitute; et melius reor esse vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. »

Sexta, quod modice opes faciant modestos, humiles, sobrios, immodecere faciant audaces, superbos, deliciosos; unde Auctor *Catena Graecorum* verit, *melior est exigua portio cum timore Domini, quam thesauri magni cum praefacta audacia; à p[ro]p[ri]a enim significat securitatem, audaciam, animum*

(1) Horatius lib. I *Satyr. Sat. 2, 76 seqq.*:

*An viigiles metu exanimis, nocteque dieisque
Norridare malos fures, incendiia, seruos,
Ne te complent fugientes, hec juvat? Horat.
Semper ego optime pauperium esse honorum.*

timoris nescium, et, ut Complutenses vertunt, *intrepiditatem*. Idem auctor citat similem Iesiodi sententiam: « Humana amicitia facti subinde ut parva suavia sapiant, animunque magis oblectent quam magna, præsternit male pars. Neque enim gloria genuina, aut voluptas, in magno censu aut sumptu consistit, sed contra in genuina voluptate et gratia, magus census et sumptus sese ostendit. » Denique R. Levi: Longe præstant, inquit, tenues facultates cum Dei timore et justa comparate thesauris maximis, congesit strepitum et clamore ob eorum lacrymas, qui vi fraudaque circumventi sunt: nam tenues divitiae ad felicitatem et diuturnitatem spectant; ingentes vero perniciose dannaque extrema afferunt.

Mystice idem Auctor *Catena Graecor.* sic explicat, q. d. « Melior est exigua scientia cum justa operatione, quam tota, vel cumulata scientia cum iniqua actione. »

47. **MELIUS EST VOCARI AD OLERA CUM CHARITATE, QUANAD VITULUM SAGINATUM CUM ODIO.** — Hebrei, *bona est escas oleris et dilectio illius, pro labore præponit* (id est in præsepio saginato), *et olim illius; Chalduca, melius est prandium oleris ubi est charitas, quam boves pinguis ubi est oltum; Sepulaginta; melior est hospitalitas cum oleribus ad amicitiam et gratiam, quam appesito vitulorum cum inimicitia; Theodotion, super boven saginatum.*

Primo, noster Salazar charitatem et olim hic accipit Dei, non hominum, quasi hic causa deturus, præced. q. d. Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni sine timore Dei, quia Deus optimus maximus plerumque ex charitate et amore amicis suis immittit paupertatem, nec nisi oleribus eos pascit; divitias vero ex odio tribuit suis inimicis, ut vitulus saginatur, quia divitiae omnium peccatorum, litium et malorum durabiliores.

Secundo, S. Chrysostomus, homil. I in *epist. ad Colos.*, odiosas esse doctum divitias, licet pauperum; pauperum vero licet temes, amibus et opibus, ut has amare et ambre, illas odisse et fugere conveniat; eo quod mense pauperum in tribus, scilicet in honore, voluntate et libertate supererit mensa divitum, ac proinde amita sim, benevolus et charitatis plena; cum divitum sepe sint superba, superciliosus, malevolus, ideoque magis odio quam amore digna: » In tribus, inquit, illos superamus, sollicit voluntate, honore, libertate et gratia. Nam ego malum quidem solum panem sumere cum gratia, quam innumerabiles cibos cum servitute; et melius reor esse vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. »

Tertia, plane et genuine, R. Salomon: « Melius est, inquit, convivium cleris indigentibus exhibitum cum benevolentie significacione, cum scilicet hilari benevolente vultu excipitur, quam cum eidem edendis præbentibus carnes pingues cum juringo et ira. » Et Aben-Ezra: « Melius est, inquit,

amicitiae donum vitulo saginato; prestat esui bovis atlitis ut quis ab altero ametur; quam ut saginato bove vescatur, et tamen alterum odio prosequatur.»

Sensus ergo genuimus est, q. d. Satis est majorisque voluptatis et utilitatis excipi. Oleribus cum charitate, amicitia et benevolentia, quam magno apparatu vitulorum et epulorum cum odio, inimicitia aut malevolentia; quare illa potius quam hec sunt audeunda, praeferunt cum quis ad illa invitator. Rursum Hugo, q. d. «Gra-tus est modicum quod datur cum hilaritate, que est signum amoris, quam multum quod datur cum tristitia, que est signum odii.» Unde Eccl. XXXV: «In omni dato, at, hilarem fac vultum tuum, et cum exultatione sancticas decimas tuas.»

Significatur ergo hic primo, ei qui querit hospitalium vel prandium, quareundam esse potius hospitem, qui sit hospitalis, id est animo hospitali praeditus. Commendatur igitur hie virtus hospitalitatis, quam docet Salomon non tam in epulis, quam in animo benevolo et officioso consistere. Sunt enim multi qui ob avaritiam nolunt esse hospitalites; hosque hie docet Salomon, ut, si magno sumptu nolint aut non possint, saltem animo et frugali mensa sint hospitalites. Ita S. Ambrosius, lib. II Offic. cap. XXI: «Iudea, inquit, se immersit avaritia, velut quodam bonorum ariditas officiorum, ut hominius dampnum patent, quidquid preter morem impeditur. Sed etiam in hoc adversus avaritiam, ne quod afferri possit impedimentum, prospexit Scriptura venerabilis dicens: Quia melior est hospitium cum oleribus; et infra: Melior panis in suavitate cum pane. Non enim prodigos nos docet esse Scriptura, sed liberales.»

Secundo, docetur is qui convivium instruit, ut illud magis amore quam epulis instruit: nam si illud livore et rancore condit, non tam convivium facit quam convicuum, ut ait Ausonius in *Ephemeride*. Finis enim, imo forma et anima convivii est amor, charitas, benevolentia, ut patet in convivio Eucharistie quod Christus instituit, ut fideles omnes tam sibi quam inter se per charitatem uniret. Atque hac de causa post illud olim Christiani instruebant convivium escarum vulgarium, ad quod invitabant omnes fideles etiam pauperes in symbolum charitatis, ideoque illud vocabant Agapen, id est charitatem, ut dix I Corin. XI. Quare maligni sunt, qui in convivio discordias, litas, rixas exercerent, imo perfidi et proditoris, qui hostes ad epulas invitauit ut occident, ati inter eas occisus est Simon Machabeus cum filiis a Ptolomeo, I Machab. XVI, 16; et Amnon invitauit ad convivium ab Absalom, ab eodem in eo trucidatus est, II Reg. XIII, 28. Et Christus in ultima cena proditus, et ad necem Iudeus traditus fuit a Iude; quod proinde ingenti doloris stimulo Christum pupigil, adeo ut Psalm. LIV, 13, graviter de eo queratur: «Quoniam, inquit, si inimicus meus maledixisset mihi,

sustinuisse utique, etc. Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu, » q. d. Tu, o Iuda, qui eras mihi conviva, factus es mihi proditor; hoc me pungit, hoc cruciat.

Mystice primo, Auctor *Catenae Gravor*, sic explicat, q. d. Satis est pauca scire cum charitate, quam magna scientiam vindicat et cum pace pugnare. Secundo, satis est exigua beneficia conferre ex magna charitate, quam magna ex parvula: beneficium enim maxime estimatur ex animo conferens. Tertio, satis est parva virtus officia exerceere ex magno amore Dei, quam magna sine eo. Unde *Evangelica* offerens duo minuta in gazophylacium, plus ceteris omnibus obtulisse judicatur a Christo, *Luke* XXI, 3. Hoc autem maxime locum habet in convivio Eucharistia; qui enim in eo oleribus possemitia et compunctione vescitur ex charitate, longe prestat illo qui in eodem vitulo saginato superbes sapientia et contemplacionis pasculit sine amore, existens in peccato mortali. Talis enim «iudicium sibi manducat et bibit, non dijudicatus corpus Domini», I Corinth. XI. Aut simpliciter, ait Hugo: «Melius est cum charitate comedere olera, quam cum odio accedere ad Eucharistiam; Christus enim in Eucharistia est vitulus saginatus, de cuius plenitudine omnes accipimus, » Joan. I. Quarto, Glossa: «Muto utilis est, inquit, simplicis vita innocentiam cum charitate servare, quam virtutem exterioris fulgere miraculis, et interioris mentis ab ollorum sororibus non purgare.» Quinto, Hugo per olera accepit mandata, per vitulum saginatum consilia. *Evangelica*, q. d. «Melius est cum charitate servare mandata, quam cum odio implere consilia.»

18. VIR IRACUNDUS (Hebreiaca, *vix excedentes*) PROVECAT RIXAS; QUI PATIENS EST, MITIGAT (Syrus, *extinguit*) SUSCITATAS. — Septuaginta, *vir animosus parat* (male aliqui legunt partis) rixas; longanimitatem autem et eum que futura erat mitigat. Idem replicando subdunt: «Longanimitas vir exstinguit rixas, que in iudicis et tribunalis agitantur; impius autem suscitat magis.» Vatablus, vir iracundus exigit contentionem; at longanimitas sit.

Pro provocare hebreiaca est *תְּרַבָּה gera*, id est trahit, attrahit; unde *תְּרַבָּה negra* vocatur sera, quasi traha, a trahendo. Sicut ergo sera assidui tructus reciprocatione secat saxa etiam durissima, sic qui lingua repetit et reciprocat injurias, secat amores etiam maximos, ac icter amicissimos concitat rixas. Rursus *gera*, id est guttura, ruit, gargarizat, ruminat et ruminat provocat. Unde *תְּרַבָּה gara* vocatur guttura, quo cibum trahimus et ruminamus. Significat ergo quod, sicut guttur in animalibus atrahit rumen, it est cibum et stomacho, cumque rursus masticat et ruminat: sic quoque iracundus, id est propinquus ad iram,

alterius dicta vel facta in sui contemptum, assidue in memoriam revocat, indequa lingua ea volvit, cerebro de his loquendo eaque exaggerando, quo fit ut iras et rixas tam in se quam in aliis suscitent. Si icter gargarizatione provocantur phlegmati, sic ruminatio in injuriis provocantur rixae. Patiens autem, quia injurias non resint, nec in mentem aut linguam vocat, sed potius eas oblivione sopit et sepilit, aut certe extenuat, mitigatione et sedat, quoad potest, hinc pariter mitigate et sedat rixas. Patiens igitur validum habet mentis stomachum, qui omnia dura illico conceput; iracundus vero stomachum mentis habet bile infectionem, quae assidue injurias sibi factas ruminat et eructat, itaque illes suscitat. Ita Cassianus, lib. VIII de Inst. remitt. cap. I, ubi ex hoc et alius Proverb. locis docet iram homini eriperi tria decora: *primum*, gravitatem; *secundum*, consilium; *tertium*, pacem: «Quia, inquit, ira viri justitiam deficit, que alibi horlatur, dicens: «Et tu tanquam Angelus pacis sollicitus es auferre scandala, turbations sedare, dissidentes et litigantes pacificare. Angeli enim affecti benigni, religione pii, castimonia integri, umanitatem sunt individui, pace securi, a Deo conditi, divinis lumenibus et obsequiis dediti, » aut idem, lib. V De Considerat., cap. IV.

19. ITER PIGRORUM QUASI SEPIES SPINARUM; VIA JUSTORUM ABSQUE OFFENDICULO. — Hebreiaca, *via pigri vel senticulum spinarum; et semita rectorum strata, vel complanata; Chaldeus, via pigrorum tribut et spinarum; et via rectorum munda et pura; Sepulgarina, via otiosorum strata spinis, fortium vero trita. Al-ludi ad hortos et paradisos sepius spinarum obseptos et circundatos; sicut enim viator, qui vult fructibus horrorum gaudere, necesse est ut sepietorum spinosas penetret; sic qui vult fructibus virtutum frui, oportet ut sepes tentationis et difficultatum praealias perfrumpat. Unde pro sepe hebreiaca est *כְּסֵדֶת מִשְׁעָנָה*, id est senticulum, vegetum, dumetum, spinetum. Igitur sicut in spineto vel dumeto, *primo*, est spinarum multitudine; *secondo*, densitas; *tertio*, aculeus; *quarto*, implexio: una enim alteri continue innectitur et impletetur; sic et difficultates, que virtutem obseruant et circumdant, *primo*, sunt multe; *secondo*, dense; *tertio*, aculeatus et pungentes; *quarto*, implexi, ut, si unam eellas vel supereros, mos in aliis etiam incurrit, que res facit pigros et pusillanimos desperare; sed justi fortis et strenui sensim et patienter unam post aliam carpiunt et superant, itaque tandem omnes evelunt et vincent, uti suadebat Abbas illi in *Vitis Patrum*.*

Iam primo, Tigrinaria verit, *via pigri vel senticulum obsita squamis; via ante rectorum complanata* est. Unde noster Salazar sic expounit: Salomon, Rom. 12: «In infinita virtus est, inquit, odio viciose beneficis; nam ille inter caeteros palmarum perfectae virtutis oblinet, qui ad vicem veneat pocula dulcissime componi.» Huc spectat versus Comici:

Multa trophya vis eripit, plura sed patientia.
Impedirebis esse queris? sis patiens, sis continens.
Nil sic contumeliosus urit ut patientia.
Quidquid emendare non est, lenitas patientia.
Admonita quisquis verberat, se verberat.
Rupes ferendo vincit assulata maria.
Regna rerum omnium patientia.